

www.e-rara.ch

Historia Hebreorum

Sabellicus, Marcus Antonius

[Basileae], 1515

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-1793>

Liber tertius historiae Hebraeorum de regibus regni Iudaeorum

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

ari, atq; cum his iussus ea populo proponere. Qui si sententia deiſci non poſſet, tum regem genti eum inſtitueret, quem non temere ſibi, ſed coeli prouidentia oblatum arbitraretur. Hæc ex oraculo in publicum relata, quum haud aliter multitudinis ſtudium inflammaffent, ad regem petendum q̄ ſi proſpera omnia nunciarent. Conſtituto ad id quod petebatur die Saulum Ciffi filium Beniaminitâ tribulê, qui a patre ad Aſi nos qui forte grege aberrarât, p̄quirêdos miſſus ad ipſum ſenê diuinationis phama diuerſerat/primû Samuel iſraelitarû regem inunxit.

Primus Iudæor
rex SAUL.

LIBER TERTIVS HISTORIAE HEBRAEORVM DE Regibus regni Iudæorum

Rex Ammonitarû Iudæos victos omnes altero priuauit oculo, labitæ legatos ad Saulum mittunt, Sauli atrox edictum, Ammonitæ amiſſo in pugna rege, inſigni clade ſunt affecti.

Caput I



Aulus iam inde ex quo inunctus eſt (ea em̄ velut initiatio regiæ dignitatis fuit ab Samuele oraculi iuſſu inſtituta) optare nō deſtitit dari ſibi occaſionē regij nominis inter hebræos, ob nouitatē adhuc contēptibilis/præclaro aliquo facinore illuſtradi. Quæ haud multo poſtq; rex fuerat declaratus, tam iuſta q̄ neceſſaria illi oblata eſt, Naas Ammonitarum rex iſraelitas qui trans iordanē atcolebāt/subito bello adortus, nō ſolū victos ſuo imperio ſubegit, ſed vt ſubactis omnē rebelladi materiā in perpetuum adimeret, tam bello captos q̄ in fidē receptos dextero oculo priuauit, vt ea corpis clade affecti/min⁹ vtiles deinceps bello redderent, qm̄ ſcutū cōmode ampli⁹ tractare nō poſſent. Gerendarū rerū ſerie tractus Naas pari terrore belli in Galadinos labitas mouit, q̄ finitimorū clade exterriti, ſeptē dierū indutias his condiſiōibus impetrarūt, vt de ſūma rei cōſulere liceret, peterētq; a ſuis auxilia. Quæ ſi impetrata foret/nō daret ſibi fraudi/ſi adhuc in armis eſſe mallent, ſin minus/deditionē facerēt. Quāq; amariffima ab hoſte condiſiōe p̄poſita, vt quoq; modo recepti eſſent/altero lumine priuaretur. Iabitarum legati ad Saulum regem miſſi, vbi ad conſpectū eius venerūt, reuerſus ille ex ruſtico (vt dicitur) opere, tum forte domum ſe recipiebat, quo apparet q̄ humilis ab initio fuerit in ea gente regiā maietas, quāq; apud romanos clariffimi quoq; imperatores fuerit ab aratro accerſiti. Perfuſi lachrymīs legati ſuppliciter poſtulāt, vt afflicte Iabitarū fortunæ mature opem ferat, ſalutem nobiliſſimæ ciuitatis in paucorū dierum diſcrimen deiectā eſſe, aut corpora crudeliſſimo hoſti mutilāda tradi oportere/aut caput ferro obijciendū. Quorū utrū miſerius foret, nondū ijs qui ea paſſuri eſſent/satis liqueret. Orare proinde ne pateretur cognatā gentē ab immaniſſimo hoſte veluti pecora laniari iam ſatis ſuperq; malorū exhaustū multos hebraici ſanguinis populos, præterq; q̄ alteri⁹ oculi clade eorū viri deformati eēnt/miſerabili ſeruitute p̄ſſos iacere. Vt dēdū ne ſi cōſanguineæ gētis cura nulla ſit atroci incēdio/q̄ aliq̄ cōflagraſſent/ipi paulo poſt correpti arderēt. Si inualeſcēt malo ſegnius iret obuiā, fore vt iordanē fluuiū hoſtis trāſgreſſus/citeriores terras & q̄ pacatiſſimæ ſibi viderent/ferro & igne popularet. Maturato opus eē ne p̄pi⁹ peſt̄ illa ſerpet/magna eē i ceteris reb⁹ tēporū momēta, ſed i bellis maxia. Hæc illi. Saul⁹ partī fortuna gētis mot⁹/parī piculo, qd̄ ceteri Iudæorū

DE SAVLE REGE REGNI IYDAEORVM XXXVIII

gētibus ab Hāmonitis īminere putabāt, si illorū opes nimīū creuissent. Iobitas bono iubet esse animo, irēt, vrbēq; in suū aduentū tueri pergerent, fore vt intra triduū cerne rent omnē metū & terrorē in hostem conuersum. Relinquerent sibi modo ducē, quē per viarum compendia copiae sequerent. Caetera mature se curatur. Cū his illi dimis si sunt. Ipse aratoris bobus, quos tū forte habuit, suffraginū neruos succidit, pposito edicto fore vt quicūq; sibi ad Iordanē eo die nō praeſto adefſent, eadē a se qua boues il li clade afficerēt. Poenae metu ex vrbe & agris militari atate excita ad.ccc.xxx.milia ar matoz circa regē vno die cōuenere. Amne sub noctē supato pleno gradu ē ad hostē maturatū. Postero die sub solis ortū, quū iā Hāmonitarū castra in pſpectu eſſent, Sau lus ita copias partitus eſt, vt Hāmonitas (fuerunt hī Arabes) vno tēpore tribus adori riretur locis, Hostes & si in re subita/nihil tñ cōſternati, & ipsi quoq; in acie pcedunt. Fit plū/quo Iſraelitarū res ab initio animis & multitudine fuit ſupior. Haud igit ma gno certamine vincunt Hāmonita, ingēs caedes ī acie edita, ſed in fuga aliqñ maior. Saulus nō contētus acie vicisse, neq; interfecto rege hostes apertā fugā feciſſent, cōfe ſtim in eā gentē pſenti clade pculſā/victorē exercitū ducit. Hic Hāmonitarū rebus fer ro & igni acciſis/Iſraelitica arma lōge lateq; phoſticū cū praeda & populatōe circūegit Saulus, quib⁹ pſpere geſtis honuſtū praeda exercitū domū reduxit. Maior certe & ipſe factus/magisq; cōſpicuus q̄ antea fuerat. Secūdū hāc victoriā cōuētū in Galgalā vni uerſa genti indiſto, Saulus itez eſt a Samuele Iudaeoz rex inunctus. Eū uero multis vana viſa fuerat prior ea declaratio, fuiſſetq; fortasse poſt victoriā/ & illi ad ſupplicū reſquiſiti, qui regē ludibrio habuerāt, niſi Saulus nondū ſtabilito regno ſeditionē me tuisset. Secūda hāc cerimonīa regiū nomē nō ſolū firmius reddidit/ſed inſignius quo q; auguſtiusq; Saulo futuris regibus fecit, Nā Moſes/Ioſue & alij, qui ad id tēpus ex ercītū ductauerant, nō reges/ſed duces fuere. Saulus tribus milibus militū ex omni iu uentute lectis, duo milia penes ſe praeſidij loco habuit, tertiā partē cū filio Ionatha mi ſit in Gabaam, vt ſuis popularibus praeſidio eſſent.

Nouū Philistaeoz cum Iudaeis bellum. Samuel a Saulo accerſitus. Iona thae facinus in caſtris Phylisteoz noctu peractū. Eorundē fuga. Ionathas inſciū contra edictum patris fauum mellis comedit, ſed exercitus ſuppli cium ab eo deprecatus eſt.

Caput II

Philistaei qui urbem ipsam cum Iudaeis incolebant, arma illis ademerant. Qui cum rege erant, haud procul Galgalis sibi castra fecerant. Quod ubi Philistaeis eſt nunciatum, copias studio contrahunt. Miror tantam armorū pcellā aduerſus exiguā armatorū manū exciri contigiſſe. Ioſephus auctor eſt.ccc.pe ditum milia, & ſexaginta equitum in Philistaeis caſtris fuiſſe, & cum his curruum tri ginta milia. Sed credibile eſt id bellū quod maturius erant illaturi hostes, iam antea in ſtrui coepiſſe, aut certe (nam in ſimilibus libera eſt coniectura) ob regem nuper Iſraeli tis creatū, de ſumma rei apparebat certamen futurū, atq; ob id occidiſſe/ vt tantū viriū vna in vnū contulerit, quantū ad id tēpus nunq; alias feciſſet. Nec Saulus in tāto rez motu deſedit, Quin & ipſe ad ornādū bellū cōuerſus vndiq; auxilia cōtrahit. Sed phili ſtaei qui priores belli ptes occuparāt, oīmpiniōe celerius tumultuoſe circa urbē ma gnā cōfederāt. Quibus copijs inſpectis/tāto ſunt terrore pculſi, qui erāt circa regē, vt

G ij

eorū plariq; altiores specus metu subierint, alij trans iordanem occulta fuga sese prori-
tipuerint. Hunc suorum metum quum Saulus maiorem esse cerneret q; pro auctori-
tate sisti posset, mittit qui celeri cursu Samueli nunciarent/in quo discrimine Israeliti-
ca res esset, actū dicerēt nō modo de regno/sed de totius gentis statu, nisi diuino res se-
mel inclinata præsidio sisteret. Oratus itaq; primo quoq; tempore suis adesset, quādo
omnis amoliendī belli spes esset in ipsius aduentu sibi & alijs reposita. Quantū igitur
per etatē locorūq; distantiā liceret/maturaret laboratibus subuenire. Nā quod ad ipsius
accessum attineret/psuasum sibi & omībus esse, Cū Samuele præsens, ppitiumq; He-
brais cœli numē affuturū, Nec de sua constātia & fide dubitaret constitutū habere se,
aut vi & armis israeliticū nomē in suo statu retinere, aut si id minus pręstari cōtingat,
citius mortē occumbere q; turpiter sūire. Samuel trepidissimis excitus nuncijs/regē
suorum verbis hortat, vt hosti in aduentū suum resisteret. Adnixurū se vt supra ætatis
vires intra paucos dies adesset, vnaq; de summa rei in castris ambo consultarent, para-
ret modo hostias quas in aciem descēsurī immolarēt, Comparat studio Saulus quę ad
sacrificiū ptinebant. Sed quū omniū spe tardius Samuel veniret/hostias aræ admouit,
sacroq; vix bene ppetrato allatū est Samuelē adesse, a quo ille obuiam pgressus incre-
pitus dicit, quia se nō expectato, rē diuinā facere maturasset, nec quū cuperet satisfā-
cere, ac multa excusaret, rex senē flectere potuit amplius, quo min⁹ (vt erat turbatus)
recta qua venerat retro abierit. Saulus consilij anceps cū filio & sexcētis, hisq; magna
ex parte inermibus in Galgala se recepit. Philistæi vbi præsidio hostē decessisse audi-
uere/tripertito hebræorū fines ingressi, omīa terroris & populationis complēt, & iam
pars vna hostiū ante regis oculos libere vagabat. Is cum filio Ionatha & Achia qui sa-
cerdos erat/ex editiore loco agrorū populationē nō sine dolore & lachrymis spectare
Ionathas regis filius doloris impatiēs/vno dūtaxat comite speculatorio amictus habi-
tu/hostium castra noctu ingreditur, quæ munitissimo erant loco sita, & ob id fortasse
nullo maiore præsidio stationeue nocturna retenta/eam occasionē ferox iuuenis na-
ctus, hostes passim somno & quieti deditos ferro adoritur, tetram cēdem tacite in iacē-
tes grassatus, per multam noctem perpetravit, quoad morientium gemitus tumultū
excitauit. Tum vero creditum castra ab hoste teneri, simulq; præcepis fuga exorta est.
Ruebant impediti tenebris per æqua & iniqua cum pernīcie multa Philistæi. Quorū
trepidatione Saulus per exploratores cognita, simul ac filiū abesse sensit, ratus (quod
certe erat) illum hostium castra ingressum/capī arma iubet, subitoq; incursum fugam &
terrorem nouo clamore auget. Passim igitur dispalati vsq; ad lucem cēsi sunt philistæi
Nec posteaq; lux affuit ab his est persequēdis cessatū. Rex veritus ne philistæus a va-
no illo noctis terrore aliquo modo respiraret, diris execratiōibus eorum capita deuo-
uit, qui a persequendo hoste desisterent, aut q; diu lux teneret/cibum vllum caperent,
quod patris edictum Ionathas per iusticiam transgressus est, quippe qui in examen
apum vago cursu delatus/mellis fauū cupide hausit. Saulus postridie deo aram con-
stituit, ad quam victimas pro victoriā immolaret. Primumq; Achibotus sacerdos
iussus est numen explorare, an fœliciter euenire vellet, quod ad hostium castra di-
ripienda Rex ducere in animo haberet victorem exercitum. Negare ille respon-
sum vllum dari, quod nunquā nisi irato numine fere eueniget. Erant suspensi animi

DE SAVLO REGE REGNI HEBRAEORVM XXXIX

omniū. Cæterum vulgo suspicari ex militibus aliquē contra hesternā execrationē aliquid temere cōmisisse, vna cuncti in eū inquirendū censere, ac de fonte supplicium sumendū. Saulus vt sauo crudoq; erat ingenio, ne filio quidem suo parsurus videbatur si filius se piaculo astrinxisset. Opere precium est audire, quanta tum eius gentis fuerit religio, atq; erga coeli numen obsequium. Dicit Ionathas sponte fassus, se paternæ execrationis inscium, fauo mellis in ediam leuasse. Sed q̄q; inquit rei ignoratio satis excusari posset, paratū se esse & nihilominus vitam p̄ populi incolumitate effundere. Satis se in vita habere q̄ patrē virum fortissimū, & regem, & bis hostiū victorem viderit, & q̄ hesternō die suo ductu foeliciter gesta res esset. Persuasum habere se tum maxime expedire homine vita migrare, quū p̄ virtutem ea sit adeptus, quibus non tam honesta mors, quæ semper speciosa est, q̄ hominum inuidia metuenda esset. Nec Saulus q̄q; filium cerneret alta indole præditū, minus p̄pterea sauire. Cæterum vt res omnibus documento esset, ne regium imperium regionemue imposterū negligere, Ionatham aræ admotum pater pro hostia iugulari imperat. Tum vero multitudo, quæ locū corona cinxerat, nam ad decem hominū milia in castra conflixerant, posteaq; ad Galgala Saulus venerat, sublato clamore haud laturos se vociferatur eum per quem graui bello liberati essent, quando per iusticiam deliquisse constaret, vita periclitari. Scire se mortalium delicta consilio/nō euentu estimari solere, imploratuos se polliciti p̄ ea culpa, si qua sit, a numine veniam, vel si impetrari non possit, pœnas p̄ eo qui sit de cōmuni salute meritis/libenter expensuros. Tale fuit tum in vnū Ionatham totius exercitus studiū, piacularibus hostijs aræ adhibitis, vbi rite litatū est. Saulus castris hostiū direptis, victorē exercitū domū reduxit. Iosephus auctor est, eo bello ad. lx. hostiū milia occisione occisa. Subegit inde Saulus Hāmonitas Moabitasq; gētes (vt tum hominū res erāt) opulētissimas, vicit & Idumæos, eorūq; reges tributarios fecit.

Bellū Iudæorū contra Amalechitas, quorum rege capto & seruato Saulus a Samuele increpitus est. Dauid primo inungitur, Idem Goliadem prostrauit, Iudæorum victoria.

Caput III

Et iam Israelitarū res lōge lateq; pollebāt, quā Samuel iterū cū rege congressus docet, superesse adhuc integrū Israelitis bellum, quod nefas sit nō totis viribus exeq. Nullā gentē Mosi in palæstinā veniēti infestiorē fuisse q̄ Amalechitas qui Iudæos suis finibus nō solū arcuissent, sed oportunitatē nacti affecissent etiā deterima clade. Ob eāq; rē Moſen posteros aduſionē astrinxisse, mādasseq; oēm gētis memoriā, si qñ vlciscēdi occasio data esset abolēdā. Cæterū nūq; videri maiorē a deo optimo occasionē gēti datā q̄ tūc, quum Israelitarū opes eo auctæ essent, vt nulla tam valida gens foret, quæ par illi futura crederetur. Impie proinde eum facturum/nisi tam insignem iniuriam ab vna gente maioribus illatam, cuius vltio diuina magis voluntate q̄ humano consilio/in sua tempora dilata videri posset, pio iustoq; bello persequeretur. Nec verendum esse/ne nō omnia prospere cessura essent, quæ nō minus pie q̄ iuste gerenda sint. Et quod ad victoriā attineret, si qua sibi futurorum prouidentia esset/quæ tota ex pietate penderet, haud dubitare se quin præsens numen volēsq; gerendis rebus esset affuturum. Hæc Samuelis denunciatio bellicosum natura regem facile perpulit, vt in Amalechitas continuo mouerit. Copijs igitur instructis p̄ occulta

G iij

*Bellū Iudæorū
cū Amalechitis.
Iudæi Samuel.*

*Cædes Amalech
regis*

*Pœna mādatorū
dei neglectorū*

ab initio loca duxit, vt incautum hostem adortus cōmodius opprimeret. Multi mor-
tales improviso accessu per agros vagi, ac nihil minus q̄ bellum expectantes/ capti/
cæsiq; sunt. Inde hosticus ager ferro & igni vastatus, nouissimi vrbes & castella ope-
ribus & cuniculis captæ/ excisæq; sunt. Neq; sexus/ neq; ætas vllū, in cæde fecit disci-
mē. Oēs ad vnum præter Agagum regem interfecti. Ab huius cæde ob eximiam cor-
poris pulchritudinem Saulus ferrum abstinuit. Samuel captum pecus perdendū cum
ipsis viris censebat. Cæterum rex siue prædæ cupiditate captus, siue vt militibus gra-
tificaretur, quadrupedū vim ingentem domū abduxit. Nulla vnq; lætior victoriā He-
bræis contigisset (Nam a Canobico Nilī ostiō vsq; ad Erithreū sinū perpetuo victoriæ
cursu oīa Saulus armis subegerat) nisi dira quædā mādatorū obliuio ipsius animū cœ-
pisset. Quī quoniam Amalechitarum regem seruasset, quū tota alioqui gens perden-
da esset, captiuūq; gentis pecus auertisset, ppheta prædicatione cognouit, quia parū
rite numinis mandata seruasset, fore vt ipse nō multo post regiā dignitate priuaretur.
(Miror Iosephū tradidisse a Canobico ostiō ad Erithreū mare omīa saulis ductu a lu-
dæis subacta, quū Canobicū ostium omniū Nilī ostiorū sit vltimū Lybiā versus. Q̄
si sic quoq; res gesta esset, nō Arabes solū, sed Aegyptios quoq; qui ad mare sūt Ama-
lechitas appellatos accipi oporteret. Et si tēpestare illa, pars quæ nūc Aegypti mariti-
ma est, magna ex parte sub aquis fuit, multo itaq; vero, ppius illud, vt ad Pelusiacum
ostiū, quod Arabiæ oīm, ppinquissimū est, insignis alioqui victoriā, nec vltius pcef-
ferit, p̄sertim quū i Amalechitas sit bellatū/ nō in Aegyptios) Saul° cœlestib° mīnis ex-
territus, primo factū excusare conatus est, inde ab Samuele contendit, vt nō prius a se
abscedat, q̄ id scelus sciret expiatū. Id quū ille se facturū negasset, sciebat em̄ litari non
posse, iā retro abire cœperat, quū precib° primo, inde vi senē Saulus remorari adortus,
reluctātis palliū temere discerpserat. Tū ille in regem cōuersus, Sic tua inquit nō multo
post lacerabitur dignitas. Cæterū quo grauiora ille denūciabat, eo maioribus rex pre-
cibus contēdebat, ne se consiliū incertū/ malorūq; expectatione cōfusū destitueret. Ro-
gare obtestariq; vt sineret se exorari, imitaret q̄ i eo cœlestis numis/ cui gratissim° eēt/
naturā, ne pœnitentiā auersaret fateri se peccasse, sed factivehemēter pœnitere. Nullū se
expiatiōis gen° nō aris adhibiturū/ vt veniā ipetraret. Hæc senī pudorē iposuerūt vltē-
rius tendēdi, vnaq; cū rege Galgalā cōcessit, vbi ppheta iussu Agag° rex occisus ē. In-
de pacto sacro/ quū diuersi abiissent/ Saulus Gabaā reuersus est, ppheta in Ramatham
urbē, qui haud multis interiectis diebus, oraculo monitus i Bethleē venit, Dauidēq;
Iesse ortū regē iunxit. Fuit Iesses Obedis fili° ex Boosso & Ruthe geniti, quo apparet
innocentiā & pietatē i humanis, nō opes & nobilitatē a superis, pbari. Iusticiā amat cœ-
li numē, ppetuisq; auget incremētis, Quæ quo humiliorē suscitāt loco/ eo sublimiore
collocat. Ignobili auo natus Diadema gessit, nō malis artib°/ sed cœli puidētia q̄sitū.
Nec ipse tm̄ regio insigni potitus ē/ sed filio deinceps. Et. xx. ab eo pcreatis lōga serie
gestandū tradidit. Et quod ad diuinā attinet puidētiā, pascebat tū oues Dauid foris,
quū Samuel ad Iessem venit, eius fratres qui tum patri aderant sacrificio admoti sunt,
vnusq; post aliū a propheta repudiati. Cæteris itaq; reiectis Dauid in urbē accersitur,
quē Samuel confestim regiā cerimonia inunxit. Fertur Dauid flauo colore fuisse, ne-
q; ingrato aspectu, psalterij & hymnorū peritissim°, qua Saulus phama impulsus, qm̄

iam inde ex quo iram numinis incurrerat, malorū dāmonū incurſu exterrebatur, edo-
ctus hymnicis cantilenis poſſe terrores illos leuari, adoleſcētē ad ſe vocari iuſſit, oīm
adhuc quā acta fuerant ignarus. Miror nullam inſidiarū ſuſpicionem incidiſſe, quod
neq; pater regis imperiū expauerit. Sed quacūq; ſpe ille fretus/nihil (quid ſatis cōſtat)
Dauid cunctatus/ad regem proſectus eſt, cuius indolem animiq; promptitudinē Sau-
lus miratus militiā inauſtoratum multis militaribus donis inſigniuit. Subſedit inde
Dauid apud regem, quod per nuncios vt bona veniā adoleſcentem penes ſe habere li-
ceret/a patre impetrauit. Nec multo poſt Philīſtæi reſellarunt, ingētiq; armorū appa-
ratu Iſraelitarū fines inuaſerunt. Nec rex multum in mora fuit, ſed impigre primis ho-
ſtium motibus cum valido exercitu occurrit. Fecerāt illi caſtra inter Sochonē & Aſe-
cham. Iſraelitæ iugum montis occupāt, hoſtium capītibus imminens, Philīſtæi ſitus
iniquitate animaduērſa caſtra in tutiorē locum haud procul inde transferunt. Dirime-
bat bina caſtra tumulus quidam, hunc Philīſtæi generis vir quidam immani ſtatura
(Goliadi fuit illi nomen) inſigni armorū habitu cum pluribus occupat. Iosephus niſi
parum integre id in eo legitur auctor eſt, ſeptenum pedum Philīſtæū quadrante mi-
nus fuiſſe, quā proceritas ne noſtra quidem tempeſtate ſit in aliquo conſpicua. Verio-
ra itaq; mihi videntur quā in bibliacis libris traduntur, ſenū cubitorū & palmi fuiſſe
eius ſtaturā, quā denos quadrātē minus habuerit pedes, quā aliq̄to p̄ciore Oreſtes
fuerit, ſi vera ſūt q̄ Herodor⁹ de eo mēoriā p̄didit. Sed q̄cūq; fuit hoīs magnitudo (fuit
em̄ oīno eximīa) lorīcā quīnū miliū ſiclorū induit, ſeræ qd fuit haſtæ p̄fixū/ſiclos ap-
pēdiſſe tradiſſe ſexcētos, id eſt dragmas mille & ducētas. Cōſpicio igit̄ ille loco cōſti-
tut⁹ horrēde inſclamat. Iſraelitæ fortiffimū ſibi occurrere poſtulat. Parū prudēter philī-
ſtæoſ Iudæoſq; facturū, ſi cū duorū prelīo p̄iculo deſungi poſſint, de ſūma rerū totis
virib⁹ nō ſine alteri⁹ partis p̄niciē malint dimicare. Paratū eſſe ſe ea cōditiōe ī pugnā
deſcēdere, vt ſi victus ſit/cedant perpetuo Philīſtæi iſraelitis de regno. Sin cōtra q̄ ſe-
cū cōgreſſus eſſet vinci cōtigiffet/ſeruitutē iugū (vt ſi qn̄ alias) iudæi acciperēt, Tenuit
ea puocatio plures diēs/nō ſine hebræorū rubore, q̄ tacita conſeſſiōe ſe eo genere pu-
gnæ victos fateri. Dauid interim tribus fratrib⁹ circa regē cōmorātibus ex militiæ va-
catione dabat apud patrē rei pecuariæ operā. Quū igitur bellū vana puocatōe ſtaret,
ita forte accidit vt iuſſu patris ille cibaria fratribus in caſtra tulerit. Qui quū inter ſuos
ibi verſaret, Ecce interim Goliad ex ſolita ſtatiōe conſpectus/Iſraelitarū fortiffimū de
more puocat, ad cui⁹ vocē quū mœſtū ſilentiū teneret/Dauid eā gentis cōtumeliā
haud ſerendā ratus apud fratres primo faſſus eſt, cœpiſſe ſe impetū aduerſus monſtrū
illud hominis dimicādī, quā voce a ſuis grauiter increpſta. Cæterū quum nihil familia-
ri illa prædicatiōe præter ſtulticiæ & temeritatis notā lucrifaceret, palam inter equales
iactare auſus eſt, quid animo agitare. Quā audax p̄feſſio ad regem delata, & ſi ætas/
quā adhuc infirma erat, nihil de ſe arduū ſperari ſinebat, adoleſcentē tamen ad ſe Sau-
lus accerſit. Erat em̄ (vt dixi) iam anteā ei notus. Hic laudata ab eo indole quū videre
rex nollet tātī diſcriminis certamē infirmæ adhuc ætati p̄mittere. Multa Dauid de diuī-
na p̄uidētīa pri⁹ locut⁹, quā q̄ libitū eſſet ſuo victoriā ituitu inclinaret, p̄iculofa dein
certamīa, q̄ pene puer cū violētiffimis beſtijs obuiſſet ordie explicat, Leonē inqt rex
ſiclyte adhuc pene puer, q̄ agnū ex illi⁹ ore eripuiffet/ī me ſequētē cauda arreptū humi

*Philīſtæi reſellos in,
u aduſſe ſines Iſra-
elitarū*

Goliath

primo afflixi, inde multa vi cōpressum ac debilitatū extinxi, pari pīculo vrsū inuentū
 capili occurſu haud minore animo q̄ leonem p̄stravi. In quibus monstris conficiēdis
 haud ambigo, nisi cōeli numē p̄pitiū habuissē, tā arduis certaminib⁹ me imparē fu-
 turū fuisse. Cæterū, tam bestia est hic q̄ nos p̄uocat q̄ illæ quas ego domui fuere. In q̄
 præter effigiem nihil cerno quod hoīs dici possit, pietatis expers/veriq; numinis con-
 temptor. Ad quē p̄dendū nō solū me ratio hortat, q̄ nolim hāc detractatæ pugnae no-
 tā n̄ræ genti p̄petuo iniustā. Sed etiā religiōis vltio, quæ iādudū animo succlamat/tol-
 lendā esse impiā ex terris beluā, quæ ne cōlū quidē cui conuiciū facit/mereat intueri.
 Miratus rex adolescētis ferociā simulq; præmaturā in eo osculat⁹ prudentiā/oīa ad di-
 uinā p̄uidentiā referēs, facit illi dimicandi potestātē. Dauid repudiatis armis quæ rex
 ad certamē exeūti obtulit, funda & spato instructus/in hostē vadit. Cōuerterat id cer-
 tamen duorū exercitū in se oculos. Qui quo minus aquis inter se viribus congressu
 ri videbant, eo minus bona spe israelitæ erant. Dispar inde animorū affectus. Exulta-
 bant læticia philistæi, certāq; recuperandi regni vulgo spem fouebant. Ibat Goliad in
 pugnā magna mole corporis robur spirās/armis insigniter instructus/tam certaminū
 cupidus q̄ peritus. Contra Tyrunculus & infirmo adhuc corpe rei bellicæ ignarus,
 quid præter cætera iudæos examinabat, inermis nihil in pugnā nisi ferociā ferēs, vt te-
 meritas verius appellari posset q̄ audacia. Et iam ambo in cōspectu erant. Goliad ve-
 nientē hostem intuitus, velut ad canis ambigiatū fuisse dūtaxat instructū, horrēde itor-
 nat. Nec dauid immane corpus clamorēue exhorruit, sed futuræ dimicatiōi intentus/
 subita fundæ excussione lapidē in aduersum hostē immittit, qui in mediā frontē vio-
 lēter incidēs/Goliadis caput ad cerebrū vsq; aperuit. Ad quē ictū quū ille magno cor-
 poris & armorū fragore concidisset, ingens læticia ex metu, qui nuper omniū animos
 defixerat/israeliticis castris oriē. Contra trepidatio ingens philistæos cœpit, qui pacto
 rū imemores, sine imperio/sine signis effusa fuga passim diffugiūt. In hostē sua sponte
 turbatū Saulus suos ex superiore loco demittit. Quē apertis campis hebraus victor asse-
 cutus/cū feda strage ad Ascalonis vsq; mœnia p̄cipitē egit, triginta philistæorū milia
 eo die caesa tradunt, ac pene totidē vulnerata, Dauid Goliadis caput hastæ affixū/in
 trophœi speciem ante sacram aram statuit.

Saulus Dauidi ob virtutē suam inuidet, quē sibi generū ascitū capitali-
 ter insectatur, Ionathas cui ministeriū cedis delegatū erat, patrē a nefa-
 rio consilio oratione sua retrahit.

Caput

III

Comes virtutis
 inuidia

Inde rex iter puellares cātus inūerasq; acclamatōes ob nouā victoriā ē domū
 reuersus. Sed quū multo maiore oīm studio fauoreq; & in primis mulierū da-
 uid accipet, cōuerteretq; ille in se q̄cūq; ire. ob goliadē singulari pugna p̄strā-
 tū multitudinis oculos tacita primo inuidia subiūt regis aīm. Adolescētis deinde vigo-
 rē p̄maturāq; virtutē secū reputās, q̄ parare solēt gradū mortalib⁹ ad fastigiū dignitatis
 ei⁹ successus cœpit suspectos habere. Verū qa aut p̄dēdus erat, aut p̄ speciē militiæ lon-
 gæ ablegādus/tuti⁹ cōsiliū honestiusq; visū eū ad residuū belli cōficiēdū mittere, eaq;
 potissimū illi loca destinare, in qb⁹ haud dubie casurus putaret. Interim p̄o factus cer-
 tior filiā illi⁹ amore depire/vehemēterq; adolescētis connubiū sibi optare, puellæ nu-
 ptias Dauidi ea cōditiōe defert/si ducēta philistæorū capita antea regiū solū statuisset

DE SAVLO REGE REGNI HEBRAEORVM XLI

Ita demū futurū credere vt regiae puellae potiūda studio, dū auide nimis & ob id incāu-
te in cādē rueret, subita aliqua vi mortē occūberet. Neq; Dauid ē cōditionē & impiū
aspnatus, quā ad bellū pfectus paucis diebus cū ijs q dati fuerāt (sūt q cū millenariū
tradant rege cōstitutū) philistaeū ad pugnā pgressum foede trucidauit. Vnoq; prelīo
p̄spere defunctus relatis hostiū capitibus Micholis regiae puellae connubio est poti-
tus. Nec noua affinitas socerū genero, nec victoria benemerito duci regē pacatiorē
reddidit. Sed vitē regnoq; timēs Saulus in diē occulta pdēdi adolescētis agitare cōsilia
Sed fatū mutari nō potuit. Sigdē Saul⁹ diu aīo fluctuat⁹/postremo eo decurrit, vt ppe-
trādā cādīs ministeriū Ionathae filio delegauerit. Qui quū noua necessitudine/tū & tu-
tū studio, quib⁹ iuuenis iuuenē mirabā, magnū nefas ratus, hunc qui de publica He-
braeorū salute semel atq; iterū optime meritus esset, quē pater ob egregiā & tutē sibi ge-
nerū ascīuisset, necī tradere, quod a patre de Dauide mādātū haberet/cū eo cōmunicat
hortaturq; vt capitales insidias quae in posterū diē pararent/occulte declinet, daturū
se interim operā vt patris cubiculū per speciē salutatiōis ingressus, expiat/an illi⁹ anī-
mū cōsilio cādīs reuocare possit. Atq; cū his ab eo digressus posteaq; ad regē venit, in
hūc modū est ille patrē affatus, Scio pater te nō ignorare haud aliō delicti genere ma-
iores nostros, & q; diu in deserto fuerūt, & postq; palästina terra potiti sunt/in euidē
tiorē irā numinis incurrisse, grauioreq; expendisse penas q; quum coelestis beneficii
immemores publice aut priuatim ingrati exiitissent. Quo apparet nihil eo vitio esse
apud deum optimū detestabilius, qnī velut praesentia nouit omnia, quiq; aqua lance
hominū opera expendit, expensa iuste vindicat. Nec immerito, extinguit em ingrati-
tudo non solum iusticiae fontē, sed omnē etiā humane vite societatē. Verū quo foedius
id maioreq; est vltione dignū, eo longius abs te pater omniq; regia domo, abesse o-
portere arbitror, qui quantū foelicitate & fortuna ceteris mortalib⁹ antecellis, tantū aequi-
tate praestare debes & innocētia. Nec quē dicam eo tendunt, vt tuae sim voluntati ob-
uiam iturus. Natorū est patris imperiū audire, sed vt audire, ira etiā considerare qualia
sint quae a patre filiis imperent. Scio ego vel a prudētioribus viris ea interdū iniri cō-
silia, vel quū ira aliusue animi affectus plus aequo mentē agitat, quae si ad exitū perdu-
cantur/in auctoris haud dubie caput cum pernīcie redundēt, etem haud vnus est hu-
manae mētis affectus, qbus pturbata ratiōe nequeāt hoīes quid rectū sit/quidue vtile
intelligere, Verum enīvero haec tam multa eo tendunt, vt iterum & saepius pater tecū
confideres, quale fuerit tuū hesternū illud de cādē generi tui imperiū, quo nullū (pie-
tas mea in te pater facit, vt aperte quē sentio dicam) esse potest iniquius, nullum a tua
dignitate magis alienū, si qd suspicari fas est, foelicitas adolescentis altaq; indoles tibi
tuoq; regno suspecta est. Etem tantū abest vt illū hoc nomine periclitari oporteat, vt
ob hac eadē illius salus tibi & alijs multo cōmēdator esse debeat. Quāq; quid attinet
hominis aut virtutem aut foelicitatem cōmendare, quae duo nisi tibi oportune affuis-
sent, non regno tantū/sed vita quoq; iam antea periclitatus esses. Huius hymnici can-
tus te daemonū incurſu seruarunt, hic mentem simili causa concussam misereq; aestuā-
tem in pristinum/statum restituit, suaq; sede collocauit. Age nunc qualem ille non ti-
bi solum/sed israelitis oībus ademīt ignominia, q; turpe seruitutis iugū (erat enī iam
oculis admotū) sua & tute, discussit. Insulrabat capitibus nostris imanis hostis, multaq;

Ionathae dno. qua pa-
trē a nefario cōsi-
lio cādīs ppetrati-
de cōhortatur.
p̄mō ab ingrati-
tudine.

probra in te, Et in vniuersam gentē iacere, exprobrare alta voce nobis ignauiam/cladē & interitū imitari. Quis ergo vnus oīm cōmuni contumeliā sese opposuit? Dauid. Quis audaci congressu immanē pstrauit hostem? Dauid. Quis Philistaeum tibi trucidandū dedit? Dauid. Quis demū ad tuum solium ducenta hostium capita constituit? Dauid. Et in hunc qui te diro morbo seruauit, hostem sustulit, Philistaeum prostrauit, tuum regnū stabilīuit, Qui ob eximiā indolem gener est tibi nuper ascitus, sauiere potest pater. De huius cade & interitu cogitare? Flexerūt malos daemones huius cantus, te quē a morte seruauerunt, nō flectere poterūt. Strauit hic iuictū hostē, vt ipse a suis sterneret. Pepit hebraico nō ocīū & getē, vt ipse inter suos tutus esse nō posset. Duxit filiā i vxorē tuā, vt velut hostia aris admoueret, genialē thorū suo imbueret cruore. Me miserū quā ingratitudo hāc, quā perfidia, quod scelus, quare te per omnia iura quē natos parētibus obstringunt/oro pater atq; obtestor, ne regiā domū tā infanda cade polluas, ne te progeniēq; tuam in expiabili flagitio astringas. Magnū scelus/magna vltio sequat̄ necesse est. Quā quo tardior est, eo esse solet grauior. Nec te moueat quāso q̄ ille ob egregiam indolem sit hominibus charissimus, q̄ successus ipsi maiores sunt q̄ ab hoīe eius aetatis merito expectari possint. Nulli hāc magis q̄ mihi suspecta esse deberent, qui a successiōis spe non procul absum, tibi regni sedes stabilita est, quā ne nō tibi incolumis semper futura, nō est cur dubites. Meum est id prospicere, meū cauere, ne tanta spe paterno regno deiciar. Sed satis mihi persuasum est, in diuina potestate esse regnorum iura, illius prouidentia hāc mortalibus dari/eiusdē potestate adimi. Quod si numini cordi est vt hic, quem suspectū tibi video/regnet, nulla humana consilia tantū sunt/vt fatum inhibere possint. Quare mitte quāso huiusmodi cōsternationē, noli in scelus prorūpere, teq; & tuos in expiabili cade cōtaminare. Quā vt ab initio fecisti iuuenē complexus/oīibus modis orna, beneficētia & charitate foue/vt filiū tuere. Ad quid ipsum te nō mediocriter hortant̄ filiae preces & lachrymae, quā si tantū periculi sciret sponso, cuius cupidissima est imminere/in luctu esset & lamentatiōe, hicq; nunc mecū ante tuos pedes obuoluta/cū fletu & eiulatu iaceret, suppliciterq; oraret, ne se dulcissimo cōnubio priuaret, dimidiumq; vitāe adimeres, aut si oīmīno eum perdere placeret, in se quoq; pari atrocitate sauires, dulciore fore sibi mortem cum illo cōiunctā/q̄ vitam suauissimo matrimonio fraudatā. Nec illa solum a te pater id precibus contendit, verum tuū regnum/tua dignitas/salus/liberi/oīs fortuna/regia tibi hominis salutē cōmendat, te monet/orat/obtestat̄, vt hūc nō modo incolumē per te esse sinas, sed patria etiam charitate foueas/ornes/extollas, tibiq; oīibus necessitudinibus & officijs adiungere pergas. Quod si feceris, pro eo despondere auisim tuam salutem & dignitatē/secundū eos quos genuisti, libentius defensurū esse neminē. Hac Ionathae verba adeo regem mouisse dicuntur, vt cōtinuo priore cōsilio repudiato iureiurādo affirmauerit, oīa per se genero tuta deinceps futura daturū ad id se operam, vt breui ille cognosceret aequae ac filiū a se amari.

Noua de Philistaeis victoria, Sauli in Dauidem insidia/in Ionatham ira, Dauid exul amentem se simulat, Ferox Sauli denunciatio in Dauidem, Abimalechus cum sacerdotibus & ciuibus interfectus, No-bea vrbs cremata est,

Caput

V

DE SAVLO REGE REGNI HEBRAEORVM XLII

D Er Ionatham igitur Dauid socero reconciliatus/haud multis interiectis die-
bus aduersus Philistæos cū nouo exercitu mittitur. Constās phama erat eam *Dauid Philistæos*
gentem in armis esse. Fuitq; expeditio illa haud minus prospera q̃ prior fue- *philio vni-*
rat. Victis hostibus Dauid in ingenti erat celebritate, *retrudescere* ob hoc ipsum regis
odium & inuidia in generē, qui duo affectus iam dudū male dissimulati precipitē age-
bant senis animū. Accidit interim vt recenti dæmonum incurſu exagitatus, subito sit *Saul lancea Dauid,*
ad eum Dauid accersitus. Qui ante regem constitutus, dum circa estum mentis dirāq; *de insignis fuit,*
exagationē cantu operatur, parum abfuit quin lancea quā tū rex manu tenebat/sit *ita conat.*
iuuenis transfixus. Cōcidisset haud dubie ad subitum ictum, nisi ille in hoc ipsum nō
minus intentus q̃ in eam operam quæ interim præstabatur/contortam in se hastam
agilitate corporis declinasset. Tum vero periculi magnitudine perculsus/ex regia se
occulte ad vxorem proripuit, cuius opera (nam missi erant qui eius limina insiderēt,
ne noctu dilabi posset) auersa ædium parte/per fenestram dimissus ad Samuelem pro-
fectus est, ad quem de regis perfidia & inexpiabili in se odio quæstus/iussus est bono
animo esse. Scire se ipsius vitam deo curæ esse. Ceterum, ne in Rhamata ambo a rege *Insidias tendit*
opprimerentur, hinc profecti in Gelboam contendunt. Nec multo post Saulus eo mi *Dauid Saul.*
sit qui Dauidem ad se traherent. Hi qui ad id missi fuerant, vbi ad Samuelis conspe-
ctum venere, diuino afflati spiritu/mandatorū regis obliti/propheticae meditatioi va-
carunt, apud Samuelem desidentes. *Mera* hæc miracula sunt, sed quia bibliacis libris *Mira, fortasse legi,*
& a Iosepho in historijs relata reperio, impie facerem si pro vanis silentio præterirem. *dum erit.*
Ferunt & qui secundo loco missi sunt, quicq; deinceps tertio, eorum quæ iniūcta a re-
ge essent oblitos/diſtinationi incubuisse, Tum Saulus irarum plenus eo cum nume-
roso comitatu ex improviso occurrit, vbi post Samuelem inspectum phanatico furo-
re correptus/abiectis vestibus nudus toto est die cantū meditatus. Dauid interim ra-
tus nihilo in se regem pacatiorem futurum/consilio cum Ionatha prius cōmunicato,
ne per speciem cōuiuij cum socero congregari cogeretur, in artioresq; locum cōiectus
magis esset iniuriæ obnoxius, secretū extra urbem Ionathæ non ignotum petijt, tan-
tis per ibi commoraturus quoad per eum exploratum haberet, quo rex in se demum
esset animo. Postridie igitur inuito conuiuiū vbi Saulus generum abesse sensit, cur da-
uid non adesset percunctatur. Tum Ionathas (ita enim inter eos conuenerat) a tribuli-
bus inquit suis ad solenne sacrum vocatus/meo permissu hinc profectus est. Tum rex
absentem execratus, Ionatham intempestiui commeatus auctorem conuicio aggre-
ditur, nunc spurcissimæ sceminæ filium/nunc patris proditorem appellans, inde ira ar-
dens pauca subiungere volentē transfixisset hasta, nisi amicorum qui aderant subita cō-
sternatiōe pculsum, ptexissent. Triclinio itaq; egressus vno dūtaxat comite/lenta de-
ambulatione/q̃si corpus exerceret, ad dauidis latebrā pgressus/samulo paululū post se
reliecto cū eo i colloquiū venit, oīa q̃ in cōuiuiū acciderāt explicat, atq; si p̃ edocet q̃tū
illi a rege instaret p̃culi, hortat vt fuga sibi salutē q̃rat. Nā quid ad se attineret, negat
spem reliquā vllā esse paterni animi ampli⁹ leniēdi, quū iā apte apud eū in suspitionē
venisset. Cū lachrymis igit vterq; ab altero digressi, Ionathas in urbem redijt/ Dauid
ad Abimalechū sacerdotē celerī est cursu delatus, fuit ab Abimalecho illius accessus
primo suspectus/q̃ sine yllo comitatu tam longū esset, iter ingressus. Dauid q̃si ita fa-

cto opus eēt, occultū regis negociū assimulat, sed quū arma sibi poposcisset, nec apud Abimalechū vlla essent/eius monitu Goliadis lanceam, quam post victoriā Nobear vbi ille sacerdotiū administrabat, Dauid solenni more dedicarat, ex sacro sustulit, pariq; festinatione ab eo digressus Philistæorū fines transcēdit. Agnitus inde in Getha vrbe, ad regemq; perductus nisi se furere simulasset, haud dubie regis iussu ad supplicium perductus esset. Inde igitur pro stulto & amente impune dimissus, in Iuditarum terram reuersus/speluncam quæ haud multū ab Odolla oppido aberat/aliquādiu inhabitauit, eo fratres de eius statu per occultum nuncium certiores facti cum q̄dringētis necessariorū venere. Qua hominū manu fretus Dauid in Moabitanos transijt, ab regeq; eius gentis impetrauit, vt se & suos tādū præsidio & ope tuendos susciperet, quoad tempestas illa qua indigne premere remitteret. Nec diū in moabitis deinceps fuit, quin Gadis pphetæ voce Iudæam repetere iussus præsidiaria suorū cohorte sept̄, quacunq; iter faceret vertebat in se ora hominū. Effecitq; ipsa rei nouitas vt res subito ad regem sit delata, apparuit primo nouarum rerum studio eum armis instructum/Iudææ vrbes circūire. Rex metu simul & ira percitus/pro militum concione p̄nunciauit compertum habere se filium Iesse nequissimū seruū ad hostes desciiisse/nouandarūq; rerum studio nōnullos ad arma conuocasse, & iam latronū more per occulta regni loca non sine populorū motu euagari. Mirari se qua fiducia ille fretus in se hostilia moliretur. Cæterū quādo qua vi Ionathæ filio qui cum illo senserit/occurri oporteat priuata esset consultatio, quo alijs in se animo essent, id se periclitaturū est præsatus, an tā perditus sit aliquis & ingratus/qui suorum in vniuersam gentē meritorū immemor, illū mallet q̄ se regnare. Eteū inquit Dauidis conatus eo haud dubie tendūt, vt apto latrocinio si fraude non possit/regnū occupet. Quare & orare vos & obtestari cogor ne me regem de hebraico nomīne optime meritū, qui israeliticā gentē longo seruitio pressam/in antiquā libertatē non tantū restitui/sed feci etiā vt alijs quoq; gētibus imperaret, quicq; plures pene victorias ex hoste reportauī q̄ annos regnauerim, ab temerario adolescēte & alijs p̄paucis latrūculis cogitati sceleris socijs manifesto latrocinio vexari patiamini. Nec vereor inquit quin temerarij illi motus breui discutiantur, modo vos qui adestis/in fide & officio esse velitis. Nec regium nomē impune ab aliquo læsum iri arbitramini. Ite igitur inquit, & si quē nefarij illius consilij consciū nacti eritis, confestim ad me nomē delatū velitis. Semper quidē hostis formidolosus, sed tum maxime quū domesticus est & familiaris, quū ad ea ex tota concione nulla vox esset reddita, Doechnus natiōe Syrus (regios is multos agebat) se in Nobea vrbe Dauidem solum vidisse, p̄fessus est in Abimalechi domo diuersantem/armisq; ab eo instructū haud multo post vrbe excessisse. Enimvero furere tum rex/multaq; Abimalecho minari, quem haud multo post a se accersitum, quāq; omnē præsens inuidiam sustineret quū diceret rerum omnium ignoratiōe accidisse, q̄ ille hospicio apud se fuisset/Dauidē vt doctore & generū regis nō vt hostem a se acceptum/arma præter ea quæ ipse dedit, casses, ex sacrario nec iubente se, nec quia fieri non poterat/aduersum tendente ab eodem refixa. Apparebat si ex equo certatū esset, nihil Abimalecho ex ea re malī accidere debuisse. Verū enī iugro rege nihilo secius sæuiente/Abimalechus est ad supplicium ductus. Nec ob eam noxam in eum dūtaxat est sæuitū, sed trecenti cū eo extremo sunt

victoriam credo
legendū

DE SAVLO REGE REGNI IVDÆORVM XLIII

supplicio affecti. Nobeam ad hæc urbem pari sauitia incendit/ciuiibus om̃is ætatis & sexus ferro deditis. Sed i nulla re fuit clades illa memorabilior/ q̃ q̃ in quinq; & octo- ginta (vt Bibliaci libri demonstrat) sapiētia & diuinatione illustres. Abimalechi cau- sa est animaduersum. Abiatharus eius filius vnus ex tanta cæde seruatus ad Dauidem confugit. Qui quū ex eo cognouisset, quæ circa Nobeam crudeliter Saulus egisset, in Abimelechi casum & vrbis excidium familiariter lachrymas dedit. Abiatharum de- inde hortatur vt secum esse velit.

Dauid Ceylam a Philistæis liberat, a Saulo capitat̃ / infectatur / & obside- tur. Saulo primum in spelunca. Nabali ob Abigalis preces, cui postea nu- p̃sit. In æremo Saulo iterz in castris dormienti parcat. Ablata lancea & po- torio vrceo.

Caput VI

N Ec ita multo post trepide affertur Ceylitas Hebræos a Philistæis vexari, eorū q̃ agrum magna ex parte ferro & igni fœdatū. Tū Dauid oraculo monitus, vt cū ea manu quā circa se habuit in Philistæos contenderet, inopinato accessu hostē oppressit. Fuit aliq̃ diu Ceyle Dauid, eratq; interim ille Ceylitis mirifice cha- rus, vt is cuius essent interuentu præsentī metu seruati. Ea res certā spem regi fecit ho- minis in suam potestātē redigendi, Ceylamq; cū subitatio exercitu p̃fectus incautum oppressisset, nisi Dauid de eius aduentu factus certior aliquanto prius vrbe cū suis ex- cessisset, incertū metu ne itra mœnia deprehēsus, fame aut alia vi ab rege fatigaret̃, an ne Ceylitas nup a se bello seruatos nouo implicaret periculo. Ceyle digressus Dauid Zyp̃him se cōtulit, vbi cū Ionatha secreto in colloquiū venit. Ibi ambo inter se fœdus sanxerunt, vt vterq; p̃ alterius salute/ quoad viuerent/ non minus q̃ p̃ sua laborarent. Nec multo post q̃ hic fuit Dauid, Zyp̃hei Nobeanoz excidio territi, secreto regi nū- ciaut Dauidē intra suos fines versari, paratos esse se/ si copias admoueret, in seſſis loco- rum angustijs, eū cum tota cohorte circumuentū illi tradere. Laudatī a Saulo Zyp̃hei iussiq; præsentis in se fidei & studiū gratiā/ vel cumulatissimā expectare, ipse paucis di- ebus se affuturū pollicetur. Et ne qua mora rei impedimēto esset/ quo minus caperet̃, expeditissimos milites p̃mittit, qui Zyp̃heoz ductu oīa prius explorarēt, hostēq; ade- ptī aut caperēt, aut si minus id possent/ circūuentū, quoad ipse cū maioribus copijs ad- esset/ distinerēt. Dauid suspicatus (quod erat) peti se Zyp̃heoz insidijs, relictis locorū angustijs/ quas infederat, in petram transijt. Est is locus in Maonis deserto. Saulus fu- gientem infecutus, eo p̃pe ventum erat, vt hostem legitima obsidione clausum tene- ret, quū trepide affert̃, Philistæos Iudæoz fines ingressos, late agrum ferro & igni va- stare. His Saulus nūcijs excitus, confestim copias ex petra adduxit. Dauid obsidione solutus Engaddinas infedit fauces, tenebatq; se tuto loco, quū Rex pulsus hostibus cū tribus armatoz milibus Engaddū petijt/ vt Dauidem opprimeret. Tendeatq; huc Rex pleno gradu, quū curandī corporis desyderio speluncā viæ proximā subiit. Hic in apertū vitæ discrimen incidit, nam quū maior omnino in ea pateret recessus q̃ frō- te pmitteretur, in abditissimā eius partē Dauid audito regis accessu/ cū tota se cohorte dimiserat. Ex opaco itaq; regē in speluncæ parte solum conspicatus, monitusq; a su- is/ vt hominē infensissimū subito incursu obtruncaret. Negauit se id facturū, quoniā nefas esset inunctū regē, & ob id sacrosanctū interficere. Satis habuit infestissimo regi

Dauid Ceylitas ab oppugnatione Philis- tæos lib̃erat. ibiq; cōtoratus Saul eū abnuere conat̃

Dauid aufugit, m̃se, in riu Saulo. Et co- dit in reſiderio p̃tē Philis- tæos q̃i bellū m̃se, romos.

Dauid in spelunca re- sidit Saulom.

H

ostendere, potuisse se per occasionem ipsius eadem perpetrare/si ita libitū esset. Vestis lacinia defecuit, inde abeuntem regem ex spelūcā ore reuocatum admonuisse fertur/ factam nuper & vitæ & mortis eius sibi potestatem. Cæterū incolumē maluisse se eū dimittere q̄ vita priuare, haud obscuro argumento suæ in regē obseruantia. Atq; eius modi beneficio Saulus in præsens mitigatus sine alio conatu inde discessit, data & accepta fide, vt nullæ vnq̄ iam inde insidiæ a rege Dauidi tenderētur, Nec dauid si ad regnum aliquando peruenisset, vnq̄ ob paternas inimicitias regis progeniē vltione vlla infectaretur. Hæc bibliaci libri habent. Hæc & Iosephus qui illos secutus est. Ego vt libere dicam, quid sentio/haud plane intelligo qua ratione id accidere potuerit, vt rex in comitatus in pfundam speluncā sese dimiserit, vel si solus eo peruenit, quo tam leui vestigio ad eum Dauid obrepfit, vt in opaco & silenti loco veniens præsentiri ne quiverit, aut si falli rex potuit, quo modo sibi vestem recidi nō animaduertit, aut præsentis oportunitatis admonitus, cur Dauidem & qui cum eo erant vno loco inclusos non oppressit, vel si beneficio seruandū duxit, cur extorrem diutius vagari est passus. belloq; non multo post repetiuit. Ego (vt dixi) quēadmodum hæc facta sint haud plane perspicio, nisi aliquis pie credat vt ipsum cœli numē/in cuius potestate reges ad eorum regna ab initio fuerunt, ita prouidentia ita euenire voluerit, vt per hæc variorum casuum ludibria Dauidis iuuenta exerceretur. Sub id tempus quo hæc gesta sunt/Sa-

Sua
Samuel morit. in
diavit p̄p̄m XXX
armis. XII. an Saul
te. cū Saule XVIII.

Ramathe, vbi plurimum vitæ egit/situs est. Præfuit populo annos duodecim solus, posteaq; Saulus inunctus est/duodeuiginti Dauid post regis discessum Masphanorū montium fauces cum suis insedit. Nec multo interiecto tempore Abigailem foeminā pudicitia & prudentia singulari Nabali Maonitę viro, inter suos populares ditissimo prius nuptam duxit vxorem. Edixerat Dauid suis, vt ne quis in Nabalis greges & armenta quæ in propinquo saltu pascebantur/lactis aut carnis desyderio grassaret, q̄q̄ pari moderatione & in alios vterentur. Ceterū temporis interuallo misit ad Nabalem qui iure humanitatis nescio quid ad vitæ vsum ab eo precario peterent. Nabal homo duro & agresti ingenio, non solum nō postulata fecit, sed in dauidis quoq; fortunam cauillatus, an ex fugitiui hominis comitatu essent illi qui ad seuenissent quesiuit, qua Dauid contumelia irritatus, postridie ad illius stabula cum trecentis profectus, accessisset, haud dubie res Nabalis insigni aliqua clade/nisi vxor verita (quod erat) eam verborum intemperiem haud viro gratuitam fore/Dauidi venienti cum multis muneribus occurrisset, & ad pedes obuoluta suppliciter vltionē deprecata esset, multū diūq; obtestata, ne pergeret porro ire, iustaq; irā in stultū hominē cū miseræ cōiugis luctu & moerore diffundere, iā ex ipsa appellatiōe nominis apparere, qua homo esset amantia, si ad stabula perueniretur, cum temulento viro, multaq; (quod dicere pudeat) crapula sepulto, rem ei futurā prædicere/quin remitteret potius eam sibi offensam, quæ vel ob id ipsum omnīū infœlicissima iudicanda esset foemina/q̄ tali esset viro coniuncta. Et si se dignam putaret/a qua munera accipienda essent, identidē orare ne ea quæ ipsa secum attulisset repudiaret. In q̄bus nō rē (q̄ sane sit tenuis) inspiceret/sed dantis animū, q̄ munera quāuis modica satis apud gratos hoīes valeat cōmendare. Addidit & lachrymas, q̄ vel ī p̄uis affectib⁹ p̄sto mulierib⁹ adsūt. Quib⁹ dauid mor⁹ acceptis

Nabalis stultitia & agrestitudo.

Abigail vxor Nabalis solertia.

DE SAVLO REGE REGNI HEBRAEORVM XLIII

muneribus pacatus retro abiit, mulieris prudentiam immodice miratus. Et quod de salute viri tam sollicita esset, pudicissimam haud inepte iudicans. Quare non multis inde interiectis diebus, quum Nabal vita decessisset, pro magno habuit negotio eam sibi matrimonio adiungere. Micholem/qua illi prius nupserrat, Saulus post apertas discordias alterius connubio locauerat. Sub idem nuptiarum tempus Dauid regis est armis repetitus. Quae crebra animi mutatio haud dubie demonstrat inconstanti regem ingenio fuisse, & in omnes minimos affectus praecipiti. Et iam regia castra in proximo erant, quum Dauid noctu speculatorio habitu/vno dumtaxat comite, hostium vallum latenter transgressus/ad regium tabernaculum peruenit. Hic custodibus somno pressis, regis lanceam & vrceum aquae, qui forte quiescentis capiti erat admotus/tabernaculo extulit, vt per ea Saulus non ignoraret, se iterum Dauidis beneficio seruatum. Imminebat mons Saulinis castris, cuius iugum Dauid hostium munitiones egressus per noctem occupat. Indeque alta voce castrorum praefectum nomine inclamans somno excitauit. Tum roganti illi quisnam hominum esset/qui silenti nocte se nominatim appellasset. Dauid ego sum inquit, qui ad regis tabernaculum omnibus circa dormientibus nuper penetraui, potuissimque si ita libitum esset, regem obtruncare, sed eum seruare malui. Habeo inquit spolia quae tabernaculo extuli, lanceam regis & potorium vrceum. Quae si quando a me repetita fuerint/libenter restitutam. Atque cum his digressus ad suos, dum adhuc nox teneret/reuersus est. Tumultuatum ob haec confestim est in regis castris, magnitudineque periculi perculsi hostes, stationariis militibus obstrepunt, suppliciumque & necem denunciant, quoniam quantum in eis esset, ea nox regi omnium vltima fuisset.

Dauid iterum Saulo reconciliatus Sycilechum habitat, compato nouo Philistaeorum bello, umbra Samuelis ab anu magice excita, vaticinatur Saulo interitum. Amalechita ob direptum Sycilechum occisione occisi sunt, & praeda ex aequo diuisa.

Caput VII

Quod iterum rex non tam militaris culpa quam hostilis clamentiae memor, sine cuius supplicio inter suos factus est, se iterum Dauidis beneficio viuere. Nimis inquit ingratus sum, ac prope modum impius, si in pristino mihi odio perseuerandum putem. Omnia per me pacata iam inde erunt huic, cui vel fortuna/vel diuina potius prouidentia toties mei sit capitis potestas facta, Haecque locutus vasa iubet colligi, retroque vnde venerat/cum omnibus copiis abiit. Dauid quum regis animum toties mutandum sciret, tutius sibi fore ratus in pacatum concedere, cum sexcentis, quos tum forte circa se habuit, ad Achum Getha regem concessit. A quo Sycilechum vicum inhabitandum dono accepit. Eum locum confirmato deinceps regno Dauid incredibili studio celebrare perseuerauit. Fuerat iam ibi menses quattuor, quum nouum interim bellum a Philistaeis in Hebraeos comparari auditum est, studioque vndique auxiliares copiae accersebantur. Iam & Achus qui in partibus erat, arma ad bellum comparabat. Ad quod ut aliquanto instructior accederet, nihil a praesenti expeditione alienum duxit. Dauidi, cum cohortem cum ipso duce secum ad bellum trahere. Nec Dauid id Acho grauate praestitit, cui ob recens in se beneficium nihil denegatum volebat. Erat enim suorum temporum nouitate/non solum in fidem ab eo acceptus, sed in partem etiam agri cum suis receptus. Raro alias tantis opibus Philistaei bellum in Iudaeos compararunt. Saulus &

H ij

ipse audito hostiū apparatu/et diligētissime potuit suas mature partes firmavit. Erātq;
 iam in p̄p̄inquo hostes, quorum copias ex eminētiore specula contemplatus, quū
 prāter spem multo maiores illi visae essent, et vt tuto cum his in acie congregi posset,
 Incertus vtrum de summa rerum praelio decerneret, an bellum potius trahēdum sibi
 esset, humani consilij anceps ad diuinam opem confugit, iubetq; sacerdotes numinis
 volūtatē sciscitari, quibus negantibus vllum e cōelo fauorem adesse, maiore adhuc
 metu perculsus Saulus vehementer suspicari cōepit, ne parum prospere id a se motū
 esset bellum, atq; ob eam rem clades Hebraeis aliquo ingens eo esset loco adēda. His
 ille terroribus agitatus/in Endorem urbem proximam cum duobus comitibus igno-
 to habitu ad Anum quādam se contulit. Constans phama erat eam magiēis carmini-
 bus animas ad colloquium excire, & ex his quae futura essent/cognoscere, Aegre ab
 ea impetrari potuit, vt ob regis edictum artis experientiam daret vllam. Verum iure-
 iurando confirmata omnia in occulto futura (Haud enim gnara erat cui nauāda esset
 opera) iussaq; si fieri posset vt Samuelis animam eliceret. Falsa est se ignorare quis Sa-
 muel fuisset. Cāterum vix bene motum erat carmen, quū imago quādam verenda
 & quae (vt ipsa prādicabat) quādam habuit diuinitatis speciem, ex improviso affuit.
 Tum nerogatus quidem se Samuelē esse falsus est, qui imperio numinis eo occurre-
 re iussus esset, vt regi nunciet fore vt postridie ipse cum liberis acie victus caderet, do-
 mesticūq; regnum cum vita finiendum. Tali oraculo perculsus Saulus cōcidit, diuq;
 sine voce semianimis iacuit. Inde comitum precibus & anus hortatiōe alleuatus, quū
 partim dolore / partim ieiunio, quod per diem tolerarat pedibus consistere non pos-
 set, dicitur anus vitulum vnum/quem domi saginauerat/occidisse, vt dignis tāto ho-
 spite epulis coenam instrueret. Iam enī haud latebat amplius anum, quis esset is qui
 ad se ignoto habitu consulturus venerat. Fuit illud constantiae exemplum in mulie-
 re rarum, & ob id fortasse multum memorabile, quae & si certo sciebat regi & liberis
 exitium imminere, non tam mutatae fortunae quam regiae personae, quae adhuc in eo
 erat / habuit rationem. Sed quanta fuit ea humanitas & fides, tanta vel maior in re,
 ge ipso animi fortitudo & constantia. Haud enim video quis regum vnquam eo ani-
 mo fuerit, vt in ea castra redire esset ausus, vel potius in eam aciem descendere, in qua
 se & liberos casuros oraculo compertum haberet. Sed maluit fortissimus rex ^{cum} ~~sum~~ to-
 ta stirpe interire/quam florentissimas copias hosti trucidandas relinquere. Cāterum
 dum Saulus de belli exitu primo est sollicitus, mox in Endorem contendit. Dauidi
 ca cohors in Philistaeis castris conspecta/in suspitionem venit. Monitusq; Achus pa-
 rum ex dignitate gentis patrioq; instituto fieri, q; penes se iudaos auxiliares haberet,
 qui etsi transfugae essent, haud propterea ob inueteratū gentis odium Philistaeis vel-
 lent quicq; domi militiae prospere euenire, quippe qui si occasio detur, parati sint
 potius Philistaeorum fortunam euertere/quam praesidio vllō incolumē retinere. Que
 quū nō min⁹ fortasse vere et inuidiose diceretur, mutato cōsilio Achus Dauidē quasi
 ad praesidiū regni retroire iubet, satis dictitās habere se q; ad nauādā foris operā sibi p̄sto
 affuisset. Cāterū tantisper dū ille domo abfuit, Amalechitae Gethi agri fines iugressi

Mulieris con-
 stantiae signum.

DE DAVIDE REGE IUDAEORVM REGNI XLV

in Sycelechum vicum impetum fecere, direptisque & incensis domibus, omnem imbellem turbam hostiliter inde asportarunt, Et cum his duas Danidis coniuges/ Achinoen/ quam ante regis filiam uxorem duxerat ex vrbe Echisfare/ & Abigaillem/ quæ Nabalis fuerat. Tam improviso malo confusus Dauid, & quod quidem maior adhuc dolori erat, cum ob acceptam cladem se in magna apud suos inuidia esse intelligeret, consilij inops Abiatharum sacerdotem iubet numinis voluntatem sciscitari, instandum ne esset hostibus, an alio commigrandum, ex oraculo relatum est carpenda protinus esse Amalechitarum vestigia. Tum correptis armis irarum pleni in abeuntem hostem euestigio tendunt. Alius alium hortatur vt adderent gradum, nec pati id latrocinium diutius esse hostibus inultum. Et iam præcipiti cursu ad Bosorem torrentem venerant. Hic quidam ægre trahens membra repertus est, rogatusque quis nam hominum esset, quoque casu sic æger in vasta solitudine erraret. Ab Amalechitis respondit, qui nuper Gethæum agrum incurfarunt, quia in subitum languorem incidi, his sum locis relictus. Agmen enim assequi non potui. Iam tertium diem cibi inopiam/ morboque confectus. Placuit hominem non solum seruare, sed cibo etiam reficere, vt locorum ignari ducem ad persequendos hostes haberent. Repetito deinde cursu Amalechitas assecuti, quos prioris diei crapula oneratos, & nihil minus interea quam hostem expectantes adorti, præter quadringentos/ qui camelorum celeritate in pacatum incolumes abierunt, ad vnum reliquos obruncat, a prima diei hora ad vesperam cædes distracta est. Captiui cum omni præda recepti. Negare milites qui hostes secuti fuerant, eorum rationem in diuidenda præda esse habendam/ qui in castris remansissent. Contra tendere illi, qui ferme ducenti erant, nec passuri videbantur, quando velut præsidio in castris fuissent se præda fraudatum iri. Et iam res non procul a seditione aberat, quum Dauid pronunciauit prædam ex æquo diuidendam, quoniam qui castra obtinuissent, & ipsi militare obuiissent munus. Mansitque iam inde ^{vix} mox ille in gente, vt quicquid esset expeditione quæsitum, æqua sorte cum stationarijs militibus diuideretur.

Dauid Sauli & filiorum interitum deplorat, & ipse rex salatur. Appellatur & Isbosetus rex, a quo Abner alienatus, iuncturus se Dauidi/ a Ioab interficitur. Dauidi post eadem Isbosethi regnum stabilitur.

Capitulum

VIII

S Vb id tempus quo Dauid recepta præda est Sicelechum reuersus (sunt qui eodem die dicant) Saulus ad Gelboen montem a Philistæis victus, cum Ionatha Aminadabo & Melchio filiis mortem occubuit. Incredibili constantia dicitur adnixus, vt fatalem necessitatem virtute superaret, nulla summi ducis strenuique militis opera prætermissa in reparanda acie prælioque, siqua omisum esset/ fortiter instaurando. Cæterum hostium multitudine superante, qua cruentissimum fuit prælium, multis vulneribus prius acceptis/ pugnam ferociter ciens occubuit. Cogitasse dicitur de morte sibi consciscenda, veritus ne viuus in hostium potestatem veniret. Verum quia impium ei visum est vitam violentè obrumpere, aut certe quod animus ad inferendum sibi vim defugerit, ab Amalechita quodam ignaro quis esset/ interficitur.

H. iij

*Interitus Saulis.
Regnavit XX.
annis.*

Triumphus Philisti
 (Hic)

Mortem Ionathae
 Saulis & David de
 plorat

Abner seditione ex
 citat q. David
 quia Iob g. p. r. m. i.

Asahelis velocitas

Abner a rege abali
 enatq. ad David de
 finit

Casae sunt cum eo omnes Hebraeorum copiae praeter paucos, qui teterrimam caedem fuga euaserunt. Phama aduersae pugnae effecit, ut quicumque trans Iordanem incolebant, moenibus urbium diffusi, cum coniugibus & liberis in deserta montium trepide coefferint. Philistaei praesenti victoria elati, cadaueribus insultantes/Regis & natorum corpora spolijs exuta/Bethsanæ in eminentissima murorum parte patibulo suspendunt. Ea vrbs Scytopolis postea dicta est. Arma quae Saulus tulerat/Asrothi publice sunt in templo consecrata, Iabeni iniquo animo ferentes/Israelitarum regem cum liberis insepultum pendere, noctis silentio Bethsanæ moenibus insinuat, corpora inde furto sublato Iaben detulerunt, quae more patrio/cum fletu & lamentatione/loco Galaaditanæ terræ optimo, quem segetem vocatum tradunt septem dierum ieiunio ciuibz omnis ætatis & sexus indicto funerarunt. Regnavit Saulus annos circiter viginti. Perijt biennio q. Samuel vita defunctus est. Omnia quae ille euentura praedixerat, miserabili exitu expertus. Aduersae pugnae nuncius non phama solum est ad Davidem perlatus, sed regiae exuuiæ sunt ipsius oculis admotæ. Quibus visis ille in luctum & moerorem versus, vestes sibi præ nimio dolore lacerauit. Sed nullius æque ac Ionathæ est interitus affectus, quem sibi amicissimum suorum temporum nouitate fuerat in omnibus expertus. Regis memoriam tanta pietate est prosecutus, ut Amalechitam qui gloriabatur se regem sua manu interfecisse, coram confodi iusserit. Edidit Epicedion & Ionathæ laudes, omnia carmine complexus. Hac ille fuit in hostem pietate. Inde de summa rei sollicitus haud diutius in Philistæis commoratus, oraculi iussu cum vxoribus & tota cohorte in Hebronem transijt. Vbi a Iudithæ tribu rex consalutatus merito omnium consensu regni administrationem recepit. Abner interim homo impiger, & qui post regem primas sibi partes in regijs castris vendicare erat solitus, cum partecopiarum Iordanem transgressus auctor extitit, ut cæteræ Israelitarum tribus Isbosethum extincti regis filium superstitem regem salutarint. Ad hos motus comprimendos priusq. Abneris opes inualescerent, Ioabus Seruia Davidis sorore natus cum exercitu haud contemptibili est missus. Qui cum Abnere circa Gabaam prælio congressus multa caede superauit. Ferunt in Davidico exercitu fuisse Asahel Ioabi fratrem, virum tanta pedum celeritate, ut perniciosissimos equos cursu fatigaret. Hic corporis agilitate suorum agmen prægressus/fugientium terga acius infestare. Pugnat fortissimo loco Abner, omnemq. hostium impetum, ut sedatiore gradu sui in tutum abirent/fortiter sustinebat. Sæpiusq. Asahel ferocius inuectum monuit/ut parcius instaret, videretq. ne paræ sibi tuta esset iuuenilis illa celeritas aduersus hastam validius intortam. Quæ quum contemptum ille audiret, iuueniliterq. insultaret, Abner incautum transfixit. Videre milites cadentem, subitoq. viri casu perculsi, ab hostium insectatione quiescere. Sed neq. stratus ille Ioabum fratrem a cursu remoratus est, quin si constitent, eos repetito cursu hostium terga iubet secum ferire, nec prius destitit q. noctis interuentu eo loco ubi fuerat deprehensus, coactus sit castra commutare. Id spacium Abneri datum Iordanis per oclum vadandi, pacateq. in castra ad Hisbosethum cum his qui aderant/abeundi. Per hæc Hebraeorum opes velut in duas factiones scissæ, diu inter se intestino bello/alternisq. cladibus confligere. Iordanisq. velut arbiter/confiniumq. duorum regnum factus. Nec ita longo interiecto tempore, Abner a rege alienatus, per magno habuit negotio Davidis animum sibi vel magna aliqua mercede conciliare. Causa mutati studij hæc traditur/q. Hisbosethus multo ini-

DE DAVIDE REGE IUDAEORVM REGNI XLVI

quiore animo q̃ hominis merita postularēt, Abnerem consuetudine Resphae pater-
 nae olim pellicis teneri patiebāt, parūq̃ familiariter ob eam rem hoīem accipe solebat
 Nec ille dolorē suū tacitū tulit, minat⁹ fore vt breui Hisbosethus maiora sui regni mo-
 mēta in Abnere/ q̃ in seipso fuisse intelligeret. Per fidelissimos igiṛ nūcios a Dauide
 petiit, ne quā ad id tēpus p̃ Hisbosetho gessisset/ sibi in futurū fraudi essent. Paratū eē
 se nō sine magno regni emolumēto ad eum transire, modo in eo futurus esset militiā
 honore, quo se Saulus prior/ mox Hisbosethus dignati eēnt, Daturū se operā/ vt oēs
 trans iordanem populi breui a rege alienarent. Nec de militū studio dubitari oportet
 re, quippe qui multo cupidior se q̃ Hisbosethū audirēt. In hac fide data & accepta pri-
 mo auctor extitit, vt Michol regis soror reposcēti Dauidi, qm̃ bellica mercede puellae
 nuptias sibi ille quæsiuisset a viro cui tū locata esset abducere, prioriq̃ restituere vi-
 ro. Quod haud grauate Hisbosethus fecit. Et si auctores quos sequimur/ nō dicunt, ap-
 paret tamē Abnerē p̃ eas nuptias Dauidi populorū aīos cōciliare voluisse, quia p̃xi-
 mū ab hārede videre regis filiaē connubio potiri, ob paternā memoriā, quā oībus
 æque grata eēt. His gestis Abner occulta habuit cōsilia cū primoribus ciuitatū, vt re-
 gnum huic, q̃ a p̃pheta rex inunctus esset/ restituere, Impie a se & alijs fieri, q̃ aduer-
 so numine regnū puero stabilire conarent. Diuinā volūtati cedēdū esse, cui neq̃ hu-
 mana cōsilia/ neq̃ opes vllae tuto obsisterēt. Hæc concionabūdus ille, nō in vrbib⁹ so-
 lum/ sed in castris quoq̃ tēpestiue differēdo, ciuitatū studia militarēq̃ fauorem a rege
 alienauit. Et iam oīa ad defectionē spectabant, quū ipse vt in ea quā pmitterent/ corā
 fidē daret & acciperet, ignoto habitu Hebronē ad Dauidē venit. Vbi oībus iter se cō-
 positis multisq̃ pollicitatiōibus a rege oneratus retro abibat. Tum Ioabus veritus ne
 ille sibi militiā p̃fecturā eriperet, apud Dauidē postq̃ inde digressus est, viā insimula-
 re est adortus, haud fidē illi temere habendā esse dictitās, Nulla inquit Abneris consi-
 lia esse possunt, quā nō eadē sint tibi Dauid p̃niciosa. Vide p̃inde/ ne tam subitā ani-
 mi mutatio certū aliqd̃ tibi tuoq̃ regno pariat excidiū. Hæc ille. Sed nec regem latuit,
 quo criminatio illa tenderet. Nullū em̃ vitii minus obscure lædit q̃ inuidia. Quū igiṛ
 appareret ea verba parum fidem fecisse, Ioabus a Dauid egressus, celerrimos iuuenes
 mittit q̃ Abnerē iussu regis ex itinere reuocarēt. Iā viginti stadia ab vrbe erat ille emē-
 sus/ qm̃ est ad Dauidem redire iussus. Abner nihil mali suspicans, retro statim flexit iter,
 eū veniētē circa portā vrbis Ioab⁹ excipit, p̃ speciem colloquij ī secretū abductū, cum
 Abyfao fratre īcautū obrūcat. Manifestaq̃ cædis reus fraternæ mortis vltionē sceleri
 p̃tendit. Sed occupati semel honoris ambitio malaq̃ cupido ad id flagitiū hoīem im-
 pulit. Abneris cædē adeo rex ī quo aīo tulit, vt publice testatus sit, neq̃ se patratae cæ-
 dis consciū fuisse, neq̃ illius auctores impune a se id scelus laturos. Quos ad poenā
 cum tota domo requisiuisset, nisi illorū potentiā, quā plus æquo apud milites valebat
 fuisset veritus, Quod potuit igiṛ q̃ magnificentissimo funeris apparatu corp⁹ extulit.
 Et Abner vir fortissim⁹ hoc quidē modo oppressus est. Hisbosethus, quē ob mutuas
 cum illo offensas varie hoīs mortē tulisse crediderim, potius q̃ maiorē (vt quidā scri-
 bunt) inde dolorē coeperit, domesticis & ipse insidijs haud multo post except⁹ periit,
 Recchabus & Banas Rēmonis filij rati eam cædem mire Dauidi placiturā/ meridian-
 tem regem adorti sine vllō maiore tumultu domi interfecere. Persuasum ab initio ha-

*Michol Saulis filia
deditur nuptijs Dauidi*

*Abner Dauidi regni
vult restituere*

*Ioab Abnerē deiecit
apud Dauidem*

*Ioab Abnerē de in-
uidia occidit*

*Hisbosethus de omni mte
fuit a duob⁹*

buere, eius cædis auctores nulli⁹ muneris genus gratius Dauidi futuræ q̃ illius caput
 qui nisi sublatuſ eſſet/appebat iſraelitarū regnū nullo modo ſibi ſtabilitū iri. Verū lon
 ge aliter euenit, nā Dauid p̃neceſſarij hoīſ capite inſpecto, quod p̃cuſſores ad eū detu
 lerant, auctores cædis multis eſt execratiōibꝫ inſectatus/q̃ ſe tam ambitioſo ingenio
 iudicaſſent, vt regnandi cupiditate tantū ſceluſ probare potuiſſet, præſertim cum ipſi
 & cæteri mortales ex eo intelligere potuiſſent, q̃ inuiſi apud ſe eſſent vel hoſtiū inter
 fectores. Q̃ poſtea q̃ Sauluſ media acie obrūtatuſ eſſet, quē ſemp̃ inſectū habuiſſet,
 qui eiꝫ ad ſe caput detuliſſet, quia ſe regē p̃miſſe gloriaret̃ ſuo fuerit iuſſu interfect⁹.
 Q̃ ſi imitiffimi regis mortē tā cupide eſſet vltuſ, qualē ſe eſſe oporteret in eo vlcifcē
 do, a quo nūq̃ verbo aut factō fuiſſet læſuſ, cuiuſ amantiſſimā ſororē haberet vxorē.
 Irent igiſ meritaſq̃ q̃ regiuſ corpꝫ violatſent/luerēt pœnaſ, eſſentq̃ cæteriſ morta
 libꝫ documēto ſto, ne regianguie ſe temere inq̃narēt. Dixit Dauid, amboſq̃ ad ſup
 pliciuſ duci impauit. Regiū caput Abneriſ ſepulchro iuſto funere eſt illatū. Hiſ boſe
 thi cæde p̃ iudaā vulgata/ex oībꝫ iſraelitarū tribubꝫ principes in Ebronē cōuenere
 magnoq̃ oīm cōſenſu regnū eſt Dauidi confirmatū, mox cætera multitudo affuit, lo
 ſephuſ autor eſt ad trecēta duoq̃ de viginti armatorū milia circa regē recēſa fuiſſe, qui
 eiꝫ imperata facturi ſponte in vnū cōuenerāt. Triduū p̃ feſtaſ epulaſ mutuataq̃ cō
 uiuiā exactū. Inde tā tā vīm hoīm Dauid intuituſ, vt ab aliquo egregio facinore regnū
 auſpicaret̃, hieroſolymā vrbē (vt tum reſ hoīm erant) opulentiſſimā tam graui q̃ ino
 pinato eſt bello adortuſ.

Dubia Hieroſolymorū conditio, Cui vrbis capta Dauid arcē impoſuit,
 Idem Palæſtinoſ fugat, Arcam fœderiſ vrbis infert, quā ſaltādo preiēſ
 ab vxore capīt, & templū deo condere ꝑhibet. Caput IX

Conditores Hie.
 roſolymæ minori

Clariffima vrbū oriētis Hieroſolyma q̃ſ habuerit conditores, parū (vt video)
 cōſtat inter eoſ q̃ſ ſeq̃mur Strabo, quē ī venetiſ rebꝫ placuit imitari moſen &
 gētꝫ ducē & vrbis cōditorē credidit. Ceterꝫ neq̃ ille q̃ſ fuerit Moſeſ oīno no
 uit, neq̃ ſi iſ fuiſſet quē ipſe ait/ad eū hieroſolymorū origo eēt referēda, ſi ſuæ gētis ve
 tuſtatē Ioseph⁹ nō ignorauit. Nā neq̃ ægypti⁹ fuit moſeſ (vt Strabo eſt opinat⁹) neq̃
 Iſidiſ ſacerdoſ ſed Palæſtina terra oriunduſ/vnde & cæteri Iſraelitæ, licet in ægypto or
 tuſ, duxq̃ iudaicæ gentiſ, qui vt eā longo ſeruitio eximeret per rubrū mare & Arabiæ
 deſerta ad Iordanē vſq̃ fluuiū traduxit. Sed fluuiū nondū ſupato, quod alteri⁹ ductu
 poſtea fieri contigit, Moſeſ vitā deſunctuſ eſt. Quibꝫ haud dubie demōſtraſ nullā in
 palæſtina vrbē a Moſe condī potuiſſe, in quā ipſe nūq̃ venerit, ac ne eo quidē viuō
 iure belli fuerit iudaorū facta. Nec (vt video) ad ipſiꝫ ſucceſſoreſ vrbis ædificatio re
 ferri pōt, ſi vera ſunt quæ Iosephuſ ſcribit. Iſ autor eſt, quod & diuinæ tradunt litteræ,
 Palæſtinaſ q̃ & Cananæi dicunt̃ id opidū tenuiſſe p̃ id tēpuſ quo ciſ Iordanē ea gēſ
 vetuſtiſ eſt ſedibuſ a iudaicis pulſa. Quæ nō priuſ in iudaorū poteſtatē venerit, quam
 Dauidiſ regis ductuſ q̃ntodecimo anno ac q̃ngēteſimo ab ipſo iſraelitarū in eā terram
 igreſſu expugnari cōtigit, Solymā vrbē appellatā ab initio idē autor credidit. Poſtea
 vero quā Dauid arcem cum vrbe iunxit/ac circūquaꝫ cōmuniuit, Hieroſolyma dici
 cœpta ē, q̃d Geron hebræi munitionē vocent. Scio fuiſſe qui ad Solymos ex licia ꝑſe
 ctos loci, originem referant. Verum quicūq̃ fuerint primi conditores. (Nam rei pha

DE DAVIDE REGE REGNI HEBRAEORVM XLVII

ma quantū ex ijs quos vidimus colligo/in obscuro est) satis constat petroso loco mini
meq; inuidioso id oppidū esse sitū, a statimq; intra moenia irriguo/arido foris & siticu/
loso. Ac quacūq; ab initio fuit forma, eam Dauid oppugnare adortus, imas ei⁹ partes
præter omniū opinionē primo impetu cœpit. Tenebāt tunc urbem ipsam Hiebusai
Palæstini, qui maiore oppidi parte amissa in arcem confugere. Erat illa ab vrbe modi
co interuallo discreta, situq; & opere valide munita. Huius expugnatio quū perdiffici
lis videret, ad milites concitādos edictū pposuit Dauid, vt qui omniū prim⁹ arcis mu
nitiones transcendisset, is militiæ præfecturā adipisceret. Quo præmio accensi animi
tāto ardore in aduersum montē est itū, vt q̄q; vndiq; vitæ picula oculis obuersarent,
multiq; interim sup̄ne icti caderēt, momēto tñ t̄p̄is arx sit capta. Saraías Ioabi fili⁹ pri
mus oīm muroꝝ fastigiū ascendit. Ob eamq; rem p̄fecturæ præmiū tulit. Urbem Da
uid adeptus regiā sedē constituit, quū annos circiter septē Hebrone regnasset. Nec ita
multo post Hyramus Tyrionꝝ rex eius societate p̄ legatos petijt. Qua inīta grandē illi
ex cedro materiā Hierosolymā ad edificādū misit, & cum ea opifices lectissimos, qbus
Dauid vsus sibi regiā cōstruxit, inde ad muniēdā urbē cōuersus vniuersā moenib⁹ cin
xit, ppetuisq; munitiōib⁹ cū arce cōiunxit. Nec iā obscura erāt Dauidici regni incre
mēta. Quæ cū oīno maiora essent q̄ vt vicinis accolis tuta crederent, mltæ circūiectæ
gētes ad israelitarū opes euertēdas, quas indies magis aduersus se crescere arbitrabant
cōmunī cōsilio bellū instruūt. In quo ornādo tāta celeritate oīa acta sūt, vt pene prius
illi in regiæ vrbis cōspectu metati sint q̄ mouisse crederent. Dauid oraculi iussu cum
his copijs, quas tū forte circa se habuit, in Gigātea valle (id nomē fuit loco vrbi p̄pin/
quo) hostē adortus, fusū fugatūq; castris exiit. Sed maior oīno fuga fuit q̄ cedes. Nec
multo post copijs triplo maiorib⁹ eodē loco hostes castra faciūt. Fuitq; his repatū bel
lū nihilo p̄sper⁹. Insedit Dauid oraculo monitus, syluā quæ secūdū hostiū castra fuit,
nec pri⁹ in eos consurgere est iussus, q̄ subito ventorꝝ afflatu arbores cōcussæ essent.
Id ille oraculū secut⁹, vbi repēte sylua vētorꝝ impulsu inhorruit, cū ingēti clamore in
palæstinos coort⁹/haud maiore q̄ ātea labore castris exutos ad Gaçathenā vsq; quæ
ī cōfinio fuit/multa cæde dispalatos p̄secut⁹ ē. Duo secūda plia omēs circū gētes & re
gna Dauidi pacatiora reddiderūt. Ipse iterea haud religiōis oblit⁹/vniuersū p̄ contiōe
pplm ita alloq̄t, vt diceret, Nihil sibi mirū videri q̄ Saul⁹ vir alioq; fortissim⁹ cū sua p
genie vno fuisset plio extinct⁹, qppe q̄ iā inde exq; rerꝝ in iudæa potit⁹ eēt, vel religiō
nis cōtēptu, vel negligētia poti⁹ passus esset pign⁹ ātiq; pietatis, certissimūq; argumē
tū numinis cū suis maiorib⁹ familiarit̄ p̄sati, arcā fœderis hūili & sordido loco sine cul
tu/sine veneratiōe neglectā iacere. Persuasū sibi eē qcqd rerꝝ israelitæ ad id t̄pus domi
forisq; adepti essent, id dei maximī voluntate & fauore quasitū. Ac q̄ diu illi in officio
pietatis p̄māssissent, omīa ipi genti p̄spera fuisse. Cōtra vero nunq; grauiorib⁹ esse ca
sibus afflicto/q̄ quū sacrorꝝ cultū verāq; pietatē cōtempnissent, statuisse idcirco se vr
bem, quā regni caput regiāq; sedē fieri placuisset, nō armis solū/sed numinis p̄sidio cō
munire, quādo satis certum haberet frustra humanis opibus custodiri ciuitatē, cui nō
numinis præsētia præsideret. Cæterū haud videre se quid præsētius induci possit q̄
arcā, q̄ testis esset fœderis a suis maiorib⁹ ī deserto inīti. Irēt igit & quod sibi posterisq;
bene v̄rteter, ex Cariacari vrbe sacrariū secū Hierosolymā deportarēt. Fuerat arca
iā inde, ex quo miraculo eā iudæi receperāt apud Aminabadū virū, multa pietate. Inde

Situs Hieroso
lymæ

Hierosolyma vni
am ad eo caput.

Gentes arce iude
to bellū inferunt
illis.

Dauid fœderis
arcam ex Cariacari
iearim Hierosoly
ma fore iubet.

*Michol Dauid
videt.*

p̄ leuitas & sacerdotes ad hoc ipsum ex tota iudea accersitos religiose sublata est, septē choris in hūc vsū cōstitutis cū cātu & p̄cib⁹ ordine p̄eūtib⁹. Rex circa currū q̄ sacra riū vehebat frequēs aderat, solēne ad cytharā tripudiū cū plausu agēs, adeo religioni int̄t⁹, vt ab Michole sit uxore ei postea exprobratū, qd̄ parē decore iter sacerdotes & famulos q̄ circa aderāt/verēda corpis nudasset, dū solēni saltatiōi nimīū studeret. Cui r̄ndens ille Nihil turpe dixit euenire potuisse in ijs q̄ ad rem diuinā attinerēt. Nec credere se nō semp̄ honeste fieri quā pietati & religiōi darent, p̄ quā ipsi⁹ patri & israeli tis oībus fuisset dignitate p̄lat⁹. Idcirco cātatur se atq; eadē de causa, quoties opus sit libēter saltatur. Nec quia aut vxori aut famulis ea ridicula videant, p̄pterea se min⁹ pietatis munia obiturū. Arcā dauid extra urbē primo locari iussit tacita quadā religio ne inductus/q̄ inter vehēdū Ocas homo haud ignobilis dū forte circa currū nimis fre quens versaret arcāq; contigisset/repēte exanimatus esset, veritus ob hoc ne si ea urbi temere inferret, aliquā ipse numinis irā incurreret, qñ p̄phanē dexterē ministeriū nul lū pateret. Procedēte deinde tpe quū ea res Obide ruri vitā agentī/apud quē deposita est/foeliciter cessisset, eā ī urbē inducere cogitauit. Quā vt sancti⁹ asseruaret, cōsiliū cōe pit tēpli deo optimo cōstruēdi. Quod vt ope & donarijs q̄ populētissimū/totis regni viribus materiā cōpabat. Caterē cōsilio destitit oraculo monit⁹/futurū id opus vt piū ita numini gratū, haud tamē placere ab eo constitutū iri, quia humana se cāde ob bel la, quā ad id tēpus obiuerat/polluisset. Rectius magisq; pie filiū q̄ post eū regnatur⁹ esset/id tēplū extructurū dedicaturūq;. Accepit id oraculū Dauid p̄ Nathan, q̄ cū Bar tha & Asapha, p̄phetica diuinatiōe claris tēpestare illa illustrat⁹ est.

*Consiu Dauid de
gloriam dō tēplū.*

Dauid multis potitus victorijs, acceptisq; multis finitimis in foedus domi res componit/& gratum se in filium Ionathæ exhibet. Ca. X.

Construēdi igit tēpli cura deposita/ne ocio & desidia militaris ætas corrūperet edoctus ad hæc verbis Nathæ oportere, p̄ximos iudææ accolæ armis subigi, vt successorib⁹ pacati⁹ regnū traderet, vltro dauid philistæis bellū intulit. Quib⁹ victis in Moabitas trāsiit. Hī ausi acie dimicare duab⁹ exercitus ptibus vno p̄lio amissis pacē suppliciter petiere. Inde Sophenē ingressus (sic em̄ appellat⁹ pars Syriæ Mesopotamiæ obuersa) Adrasarū regē ingētī p̄lio supauit. Ferūt ea pugna ad quinq; & viginti hostiū milia occidiōe occisa. Nec ita multo post Adadus Damascenorū rex audita aduersa Adrasari pugna/cū valido exercitu ad eum, p̄fectus ad reparandum bellum ppulit. Tū ꝑo iunctis copijs secus euphratē nihilo meliore euētū q̄ antea cū israelitis cōgressi viginti milib⁹ hoīm amissis acie excessere. Apud q̄sdā rep̄io haud vno p̄lio cū Adado debellatū, sed vario euētū sapi⁹ fuisse diuicatū. Verū nouissimo prælio qd̄ ad euphratē sit cōmissum Damascenorū opes accisas. Quib⁹ valide p̄fligatis Dauid castra Damascū admouit. Atq; oībus qui ea parte Syriam incolunt/tributū imperat. Aurea Adadi arma/arcūq; & pharetrā victor Dauid ī Hierosolymā reuert⁹/deo optio dedicat. Repetit⁹ ide bello ē Adrasar⁹, Bachiaq; & machonea vrbes ex eo capte vtro biq; igēs p̄da q̄sita & ī ea argēti & auri imēsū pōdus, aris q̄q; vis tāta vt argenti precīū auriq; superit, satis cōstat ex ea materiā vas illud insigne cōflatū, qd̄ mare fuit a capacitate (vt arbitror) appellatū/pulcherrimosq; cantharos q̄s añ tēplū (vt suo explicabit loco) Salomon dedicauit. Thous Emathenorū rex Adrasari clade territus filiū adarā

DE DAVIDE REGE REGNI HEBRAEORVM XLVIII

ad Dauidem cum amplissimis muneribus misit. Is clarissimā rei victoriā primo patris nomine gratulatus rogauit, vt dona quæ secum ab illo attulisset regiæ suppellectilibus instrumenta benigne acciperet. Erant ea vasa aurea & in his argentea & area quædam antiqui operis. Summa deinceps eorum quæ postulaturus venerat hæc fuit, vt Thoum regē Dauid sibi in sociū & amicū ascisceret. Et munera accepta sunt, & Ema theni cum rege in societate recepti. Atq; hæc Dauid vna felici expeditione gessit, nec minus pspere in Idumæa per Abisaim Ioabi fratrem, interea aut certe nō multo post res gesta, duodeuiginti milibus hostium in prælio cæsis. Bibliaci libri in Salinarū valle eadem hanc Dauidis ductu editā significare vident. Finitimis igitur regibus ac populis circūiectis partī bello domitis/partī ī fœdus & amicitia receptis/ad res domi cōponēdas cōuersus/ Abiatharū Abimalechi filiū sacerdotū principem creauit, Rerū gestarū cōmētarios scribēdos Iosaphato Achiludis filio dedit. Sacrorū scribam constituit Saraia, Militiæ præfectū Ioabum/ & si alio Saraia loco præfectum cōstitutū significare videntur ij quos sequimur, quia primus muros hostiū transcēdisset/filios circa se præsidio esse voluit. Eratq; Dauid in his maxime occupatus, quū indicio comperit Ionathæ filium esse in Lodabarōvrbe, in quem locum sub id tēpus quo Auus & pater vna acie victi occubuerūt/fuerat a nutrice delatus. Excussusq; media illa trepidatiōe e mulierculæ manibus crus fregisset, claudusq; ob eam cladē esset fact⁹. Meritorū Ionathæ patris in se haud īmemor Dauid puerū ad se accersitū patria charitate cōplectit. Oīa quæ patris auicq; antea fuissent libere possidere pmittit. Adiecit & dignationē præsentī liberalitati amplissimā, vt regio is cōuiuio ppetuo accumberet.

Dauid Ammonitas quia cōtra ius gentiū legatos violassent/bello adortus/facile vltus est, Assyrii & ipsi prælio victi sunt, in qua pugna Dauid hostium ducem obtruncauit.

Caput XI

IN hoc Iudaicæ res erāt statu, quū Ammonitarū iniuria iusto in se bello Israelitas armauit, eius gentis rex per id tempus vita decesserat, regno adolescenti filio per manus tradito. Ad hunc legatos Dauid misit/qui dicerent, Israelitarū regē dolenter amici regis interitū audiuisse. Sed quia eū hominē natum nō ignoraret, non tam illius casum sibi dolendū censere/q; viri amicissimi mēoriā pietate & officio colēdam. Quod suū studiū ne filio parū pspēctū eēt, p magno negotio habuisse, se mittere qui cū illo veterē pacē nouo fœdere renouarent, adolescentēq; vt in paterno studio pstaret hortarent. Quæ res nō magis ad toti⁹ gētis ociū & qetē q; ad regni incolumitatem ptineret. Ad hæc quæ legati dixerāt/imprudens adolescens nihil respondit. Cæterum instructus ab ijs quos seceiori cōsilio admouerat, sub legatorū persona suarū rerū exploratores ad se missos inclamat, vt quū per ociū omnia cognouerint, faciliior ipso regi in amonitas fieret accessus. Iure igit se p hostibus eos habere posse, sed cum ignominia tū dimissurū. Hæc ille. Barbæq; dimidiū singulis tonderi iussit/vestibusq; dimidiatis seminudos ad Dauidem remisit. Mox iure gentiū violato, quia apparebat iudaica arma, nisi regis morte principū ea expiaretur iniuria, haud multo post motum iri, vndiq; Ammonita partim fœdere/partim stipendio matura contrahunt auxilia, Nam & ad Syrum Mesopotamiæ regem mille talenta missa fuisse constat, vt cum viginti milibus armatorum auxilium ferret. Missum & ad Maacheorum regem

stipendium & ad Bistoum duces fortissimos, qui & ipsi in partes belli venirent. Ioab in Ammonitas a dauide est missus, tendebant auxiliares copiae remotius ab vrbe in loco cui Curio fuit nomen. Ammonitae ante portas vrbis castra fecerant. Israelitae in medio confedere. Et iam omnia ad pugnam spectabant. Ioabus Abyfaem fratrem cum parte copiarum, Ammonitis in urbem versis obiecit, ipse in stipendiarios regis mouit ea parte qua plus virium stetit/acrius est concursum, fuitque pugna diu anceps neutra acie pulsa. Demum eo vnde ius stetit victoria inclinauit. Fusi sunt fugatique reges, ac multa cum strage disiectae eorum copiae. Ammonitae & qui ipsi minus obstinatis animis in acie steterant, ob paratum quidem effugium conspecta suorum fuga praecipiti cursu urbem repetunt. Ioabus duplici praelio victor, hostibusque intra moenia compulsis/pars gloriā contentus victor exercitum in Iudaeam reduxit. Nec multo post Ammonitae bellum reparant Assyriorum rege Adadezero mercede conducto, qui. lxxx. milibus peditum & equitibus mille fretus/cum Ammonitis castra contulit. Dauid haud ignarus eorum quae apud hostes fierent, ipse quoque copias ad bellum contrahit. Et quia cum validiore exercitu ac prope inuicto res futura erat/bello interesse voluit, eius igitur ductu & auspicijs trans Iordanem ubi hostis obuius fuit/magno praelio utraque gentem superauit quadraginta milia peditum & quingenti equites ex hostibus desiderati sunt, & quod preclarum apud omnes gentes semper fuit, ut dux duci media acie occurreret. Sobachum Assyrii exercitus secundum regem longe celeberrimum Dauid letali vulnere prostrauit. Tum demum magnae accessiones factae sunt israelitarum rebus vna insigni victoria, Nam ubi in Mesopotamiam allatum est Adadezerum ingenti praelio victum, dimidio copiarum vel vna acie amisso, multi qui trans Euphratem incolebant in Dauidis fidem concessere muneraque amplissima dono regi transmiserunt. Et iam hyems appetebat, cum victor exercitus in Hyberno est dimissus, rex ipse hierosolymam concessit.

Bersabea Vriam coniunx a Dauide adulterata est, & mox Vrias ipsius opera interfectus. Post viri cadem Bersabea Dauidi nupsit, cui Nathan supplicium vaticinat, Salomon nascitur, Ammonitarum excidium. Ca. XII.

*Dauid adulterium
committit*

Voluptas.

Sub initium veris iussu regis Ioab in Ammonitas est profectus/vniuersam gentem debellaturus. Interim dauid vir/alioqui inclyta iusticia/ in foedum libidinis crimen incidit, atque hoc ipsum eo foedius habitum quo innocetior fuerat ad id tempus ipsius vita/maiorque inter suos auctoritas. Mala libido non adulterij tantum perpetranda/sed & parricidij fuit illi causa, quo aperte intelligi potest nullam capitaliorem pestem voluptate homini a natura datam, quae mortalium mentem non solum suo statu moueat, diuersumque a ratione trahat, sed ad foediora etiam quam ipsa in se habeat saepe impellat scelera. Inambulabat forte rex solus in regiae domus coenaculo die in vespertinum inclinante, quando in mulierem excellenti forma se incaute lauante coniecit oculos. Bersabee fuit illi nomen. Cuius pulchritudine captus accersita ad se cupideque compressam pregnantem haud multo post reddidit. Verita illa ne adulterij conuicta (nam maritus per id tempus cum Ioabe militabat) patria lege puniretur, ex quo vixit se gestare sensit/regem rogare non destitit, ut phamae suae vitaeque periculo iret obuiam, Rex & ipse id crimen celari cupiebat. Vriam cum quo Bersabea nupta erat, ex castris ad se venire iubet eum a Ioabo dimissum, postquam in urbem venit rex familiari vultu accepit, ac coeque parte donatum domum abire iu-

DE DAVIDE REGE REGNI HEBRAEORVM XLIX

bet, fore ut postridie cognosceret, ad quid esset ex castris accersitus. Interim quia certo sciret amantissimae coniugis eum desiderio teneri, iret, & hilarē optatāq; cū ea noctē ageret. Vriās militaris disciplinā memor, siue patratū adulteriū suspicionē ductus, inter stationarios milites pernoctauit. Quod factū posteaq; rex compertū habuit, ab eo se cubitus causam requirit. Sic natura comparatū est, ut qui taciti alicuius culpae sunt sibi consci, omnia in peius interpretentur. Respondisse dicitur haud strenuū militis esse, ceteris circa signa excubantibus in mulieris complexibus iacere. Rex diuersū ab eo, quod gerebatur negociū assimulans, postero die ait se illū ad ducem remissurū. Interim dat operam, ut super cōnā Vriam largiore potu inuitatū, ubi iam plane vino incaluisse, in vxoris complexus a se dimitteret. Sed ille nihilo secius q̄ priore nocte ante regis ianuam in statione perseuerauit. Cuius constātia fuerit ne regis suspecta, haud facile dixerim, satis constat per litteras Ioabo mandatū, ut Vriam per tumultuariā pugnae speciem hostibus perdendū obijceret. Quae ille iussa executus, hominē manu promptū/ferociq; ingenio cū paucis in hostē immisit. Quibus post certamen sub vrbis moenibus iniectū ducis iussu ex improviso subductis Vriās hostibus circūuentus mortē occubuit. Nec multi deinceps dies intercesserūt inter Vriā casum & festinatas Bersabeae & regis nuptias, quae post maternos menses apud illū enixa est filium. Tum Nathan cui cōmercio numinis praecipua inerat futurorum scientia, ad regem ingressus, huiusmodi loquendi schemate vsus dicitur. Priuatus homo nuper grati est inquit rex a diuite quodā iniuria affectus. Plurimi sunt huic ouium & caprarum greges, sunt & bovarmenta. Pauper vxorem & liberos multa inopia sustinens, ouiculam habuit vnam/familiae delicias. Factum est ut quum vterq; alteri in pximo habitaret, paraturusq; hospiti lautiorē cōnam diues esset, ne quid ex suis septis eximere, pauperis agnā furto occidi iusserit, ex eaq; conuiuiū struxit. Flagitiū ingens Dauid exclamat/insigniq; animaduersione dignū, primū inquit oīm/inopi quadruplū deberi censeo, diuitē dein de extremo supplicio afficiendū. Tū ppheta in regē sedato vultu cōuersus, recte inquit iudicas, atq; ista ratione tu quoq; rex inclyte isto maioriq; si maius vllū inueniri potest dignus es supplicio. Nec tibi psuadeas Bersabeae adulteriū & viri parricidiū/cōleste numen latere. Ira inquit numinis/quā in te merito concitasti, iam dudū et si domestici dedecoris ignarus plecteris, alienā vxorē concupisti, concupitae congressu flagitiose potitus es. Iam & natoꝝ vnus tibi capitales molit insidias, tuūq; cubile nefaria libidine polluet, eoq; tendit/ut te sublato regnū occupet. Tali oraculo pcussus Dauid, in grandē luctū & mœrorem incidit. Iam aperte scelus fateri suū, lachrymisq; & miserabili cōploratione veniā precari. Agerē porro ille facti poenitentia cū pphetae respōso factus est certior, mitigatā precibus irā numinis. Fore ut capitalibus insidijs petitus, grauiusq; vexatus, neq; vita priuaretur/neq; regno. His ille confirmatus/spem subita cōsternatione abiectā recepit. Nec ita multo post infans ex Bersabeae illegitimo cōcubitu natus, quod futurū Nathan praedixerat/extinctus ē. Priore sobole fato sublata Bersabea iterum grauida facta puerum peperit, quem Dauid pphetae monitu Salomonē appellauit. Ioabus dū rex domi hmoi iactatur oraculis, Ammonitis longa obsidione omniūq; rerū inopia fractis/haud procul aberat, quin Rabathēses inedia & siti cōfecti portas patefacerēt. Id quū Ioabū nō lateret/regi significauit victoriā in manibus esse

2
Sic Vriam

Vriam
Bersabeae
Nathan
eximius

Magna dicitur

2
Magna dicitur

honorificū regio nomini futurū, si clarissimæ vrbis excidio interesset, vnde egregia vi-
ctoriæ laus illi quærenda sit. Probauit Ioabī in se studium Dauid, Rabatāq; continuo
adaequitauit. Sub cuius accessum vrbis dedita hostiliter direpta est. Præda ibi opulenta
parta, & in ea Ammonitarū regū corona talēti pondo gēmarū varietate distincta, Ea
Dauid corona perpetuo iam inde vsus est. Cæteræ Ammonitarū vrbes vi capta: pari
sunt clade affectæ.

Davidis liberi ex cōiugibus & cōcubinis nati, Ammon Thamare sor-
ri stuprum intulit, quod Salomon sub ornatis percussorib⁹ nece eius vin-
dicauit, Salomonis forma/eiusq; in Ioabū odiū. Caput XIII

*Abdon.
Absalonis*

E Lorebatq; per hæc Davidis regnū, cū ipse fauore numinis destitutus in acer-
bissimos luctus incidit. Regia domo tragicis sceleribus cōuulsa. Erāt regi vno
tēpore filij q̄ plurimi. Ammon ex Achione matre nat⁹, Eliab ex Abigaile, ex
Machaa Tholiani regis filia, Absalon, Adonias quē Agita peperit, Habital quem Sa-
pharia, Ietras quē Aegla, qui fere omēs illi nati sunt prius q̄ regno potitus esset. Mox
ex vxorib⁹ & cōcubinis Amnā, pcreauit/Elluebā/Nathā/Salomonē/lebarum/Heliē
bum/Falamnā/Phimnā & Heliaphū. Et hos quidē omnes virilis stirpis. Sustulit & li-
beros alterius sexus, quarū Thamare ex eadē qua Absalon matre ædita/pulcherrima
fuit facie. Virginis huius cōstuprandæ Ammonē mala libido cōcepit. Erat is oīm filio-
rum natu maximus, qui vt cōmodius puella potiret/simulata ægritudine velut graui
morbō victus decubuit. Impetrato deinceps a patre puellæ ministerio, solitudinem in
cubiculo nactus/virginē vim intulit. Puella iu colluctatione multū diuq; vexata, quā
lāmētābūda se domū reciperet, in Absalonē fratrem incidit. Hic illa fletus causam requi-
renti, quæ ab Ammone fratre passa esset/multis cū lachrymis exposuit. Vetat absalon
sororē amplius vocem emittere, domesticū dedecus silentio tegendū dicitās, ne id fla-
gitium in vulgi fabulam abiret. Ipse dolore ad tempus dissimulato, biēnio post in Bas-
fore vrbe Ammoni percussores subornat, qui illum incautū frequentī cōuiuio multis
vulneribus confoderunt. Eam cædem Absalon idcirco procul domo perpetranda
cēsuī, ne patrios oculos domestico parricidio fœdaret, cōtulitq; se Absalō Gessur ad
maternū auum virum opibus florentē. Sed haud longo interiecto tpe Ioabo annitēte
pmissu patris Hierosolymam rediit. Nec Dauid illum cōtinuo reuersum videre susti-
nuit, veritus (vt credere par est) ne ad primū congressum Ammonis memoria subiret
animū, dolorq; recrudesceret, aut certe rem ipsam alijs documēto esse voluit, ne se do-
mestica cæde temere polluerent. Erat interim ille nihilo minore inter suos veneratio-
ne aut gratia, quam pulchritudo corporis ei cōciliabat. Nam procera fuit Absalon sta-
tura/forma eleganti/& ad promerendam gratiam naturæ beneficio comparata. Mi-
ra sunt quæ Iosephus de eius cæsarie in hystorijs prodidit, tantam illius magnitudi-
nem fuisse, vt ducentis siclis appenderetur, qui quinas (vt idem scribit) conficiant li-
bras. Omnium igitur spe tardius ad patrem admissus per internuncios & coram ab
Ioabo Absalon poscebat, vt sibi ad patrem aditum impetraret, Quam operam quum
parum nauiter ille præstitisset, Ioabi agrum Absalon maturis iam messibus incendit.
Qua Ioabus iniuriā commotus/ad Absalonem egressus, ab eo cū multa querela quæ
fuisse dicitur, qua sua culpa in segetes agrosq; suos hostiliter grassatus esset. Cui ita oc-

DE DAVIDE REGE REGNI HEBRAEORVM L

cursum ferunt voluisse se cum iniuria ad colloquium trahere/quem precibus non potuisset. Cæterum uterq; ab altero digressi, Ioab ubi ad Regē venit, enixe dedit operam/vt cum filio in gratiam rediret.

Abfalon patrē regno deturbauit, quē & cōuiciātes pbris pscindūt. Achitophel' & Chusij cōsilia sibi cōtraria. Achitophelis infoelix exitus. Cōgressus parentis & filij copijs Salomō, quē pater seruari edixerat interfectus ē. Interfectū Dauid diu luxit, & ipse tandem in regnū restituitur.

Caput XIII

Absalon in integrum restitutus, ad patris regnū occupandum animū adiecit. primo militaris exercitatiōis prætexit/ in equis & curribus cōparandis multū studiū adhibuit. Inde inter ciues occulto patris decreta infamare/criminari, & iudicia apud litigatores/vt iniqua & per gratiā prolata, iniusto ab eo factum dictitans, q; fortunas ciuiū viris parē prudētibus credidisset. Si in suo arbitrio sit regnū/iudicia & institutū in melius mutatur. His ille vocibus multorū in se oculos/tanq; in vni cum malorum omniū refugium verterat, & iam numerus ingens mortaliū cum haud dubie, si libera fuissent suffragia/regmare voluisset. Quæ studia malis artibus comparata, postq; satis ad rem audendam esse arbitratus est. Regem adit, habere se in animo inquit, si ipsius permisso liceat in Hebronē proficisci, vt sacra quæ pro sua restitutiōe vouisset, iam pridem damnatus voti exolueret. Dauid omniū que pararent ignarus, haud grauate dedit illi eundī potestātē. Multi ex omī iudæa mortales eo confluxerūt, accersiti ne ad id sacrum, an officiū causa sua ipsi sponte venerint/parum compertū habeo. In hoc hominum conuentu mentione noui regis creādi a paucis, qui nefarij eius consilij participes fuere, ex composito orta, leui momento impulsā multitudo Absalonem regmare iussit. Dauid audita filij defectione, reputans animo non solū regnum tam audaci incepto/sed vitam quoq; suam a filio per scelus & flagitium peti, sapientis esse viri ratus/& tempori & necessitati parere. Hierosolymis nudis calcibus egressus per oliuetum montem sexcentis fidelissimis stipatus, quorū opera iā inde ex quo regmare coeperat/libens fuerat vsus, aliaq; ciuiū multitudīne exilio deuota ad Iordanem fluuiū iter intenderat. Et iam ad Chorā locum ventū erat, vbi multis conuultantiū probris pscindi coeptus est, & a Semeio quodā lapidibus petitus. Fuerat huic Saul rex pernecessarius, a residuo itaq; odio illius multo acerbius q; cæteri fecissent. Est is in Dauidem inuectus, nunc sanguinariū hominem, nunc scelerum auctorem appellat. Fuissent ex his qui regis latera stipabant, vti semeianā illam verborū intemperiem, nisi Dauid ab omni iniuria abstinuisset, affirmās temporē esse rationē in primis habendā. Absalon vbi Hierosolymā venit, Achitophelis suasu (quo hoīe in occupando regno fuerat in primis vsus, vt omnē reconciliationis spem cum patre suspensis populorum animis adimeret) ad decē eius cōcubinas ingressus/paternū lectum detestabili concubitu polluit. Inde consulari coeptū de Dauidē opprimendo Achitophelē petente, vt sibi decem milia armatorū darent, fore vt his copijs vsus, paucis diebus aut senem in urbem captum adduceret, aut si capiendī nō daretur occasio/q; in aciem nollet descendere/ad mortem aliquo modo compelleret. Hæbat regi Chusius, quē magnis pollicitationibus oneratū Dauid Hierosolymis reliquerat, vt simulata defectione, p eū/quæ ibi agerent, cognosceret. Hunc ab initio pfectum se libeter ibi futurum

ubi cœli numen, regni columen, caputq; esse voluisset tempestiua satisfactione com-
plexus Absalon secretioribus consilijs admouit. Rogatus itaq; & ipse sententiã, quia
magnum putabat Dauidi periculum imminere, si prius q̃ suas alicubi opes firmasset
inopinato hostium accessu fuisset prauetus Achitophelis sententiã vt subitã & præci-
pitẽ refutauit, testatus maiorẽ esse in Dauide rei militaris peritiã, q̃ vt tã paucis supe-
rari posset. Quin ex toto regno potius inuictũ armaret exercitũ, quẽ ipse in callidũ ho-
stem duceret, fore vt ubicũq; eũ deprehendisset, corona & vallo clauderet, atq; ita mul-
tis difficultatibus circũfessum aut deditũ caperet, aut fame & siti confectũ ad mortẽ cõ-
pelleret. Probauit Absalon id consiliũ, Ille vero per Sadochũ & Abiatharẽ sacerdotes
qui filios promptissimos iuuenes occulte circa urbẽ ad hoc ipsum paratos habuerunt,
mandat id Dauidi nunciandũ. Parum absuit/quin illi ab regis equitibus ad eos pcul
vrbe conspectos retrahendũ missis fuerint intercepti. Agrestis mulierculæ opera quæ
in puteum ambos demisit, dum equites cursu præteruehũtur seruati sunt. Mox repeti-
to cursu ad Dauidẽ mandata perferunt, quẽ in citeriore adhuc ripa amnis sedentẽ ad-
epti, oĩa quæ a parẽtibus occulte per ancillã acceperãt/ordine exponũt. Ea ubi nũciata
sunt, Dauid haud amplius cunctãdum ratus trans Iordanẽ vado superat, Achitophel
indigne ferens Chusium sibi apud regem in sententiã prælatũ, ratus ad hæc futurum,
vt Dauid Absalonis desidia omni periculo defunctus/haud multo post regnũ recupe-
raret. Actum omnes qui Absalonis coeptis ab initio fauissent, extrema omnia pati co-
gerent, iumento sedens Gilonem se cõtulit, hicq; eorum metu quæ sibi impendere ar-
bitrabatur/laqueo vitã finiuit. Absalon copijs ex omni cis Iordanẽ iudæa cõtactis in
patrem hostiliter mouit. Dauid & ipse fluuiio superato in Galaaditas delatus a Bergi-
leo/Sypha/Machiro/& alijs eius gentis longe prin cipibus cõmeatu & armis adiutus/
ueniẽtẽ hostẽ nihil expauit, qn triptito illũ aggredi adortus, partẽ copiarũ vnã Ioabo
dedit/alterã Abisai eius fratri/quæ reliqua fuit Etheo Gethẽsi viro impigro data. Ipse
ne hosti occurreret, duces & omes qui præsidij causa illi apparebãt/monendo hortari/
doq; vt pugna abstineret/ægre obtinuerũt/tutius fore affirmãtes, quocũq; euẽtu dimi-
caret/eum in tuto esse. Nam si (quod euenire nollẽt) parũ, pspere conflixissent, incolu-
mi rege apparebat facile bellũ posse instaurari. Qui si fuisset extinctus, nulla reliqua
spes extorribus melioris fortunæ esset amplius. Præfecerat copijs Absalon Amasam
Ioabi consobrĩnũ. Hic Saruia erat natus, ille Abigea duabus Dauidis sororibus. Iose-
phus auctor est Dauidẽ ducibus ad pugnã exeuntibus sollicitè præcepisse, vt Absalo-
ni in prælio parceret, darentq; operã quãtũ in ipsis esset, vt is extra periculũ haberetur
haud obscuro patriæ pietatis in filios argumẽto, quo intelligi potest nunq; tam graui-
ter a liberis delinqui, quin ad flectendos parentũ animos, non illis locũ paterna relin-
quat pietas. Ioabus ita suos ad præliũ instruxit, vt syluã a tergo haberent, ob id (crede-
re par est) ne insignis suorũ paucitas nimis fieret gõspicua, addereturq; ob id hostibus
animus ad se & suos circũueniẽdũ, aut certe ad insidias is loc⁹ est cõmodior vsus. Nec
Absalon cunctãtius in Ioabũ acie explicuit, raro alias inter Hebreos tãto animorũ ar-
dore est dimicatũ. Regnũ victoriæ premiũ in medio erat, his amissum recuperare vo-
lentibus, nitentibus illis ne semel occupatum amitteret. Horrere ad hæc multi p̃sen-
tis belli exitum, incerti quatenus victor exercere statuisset victoriam, ita inter spem

DE DAVIDE REGE REGNI HEBRAEORVM LI

& metū aliq̄ diu dimicatū. Cæterę militaris rei peritiā/longusq̄ bellandi vsus Ioabo gradū ad victoriā fecit, Absalonij acie pulsi in p̄ximas syluas effusa fuga cōpulsi sunt, cōpulsos vrgent regij duces, passimq̄ cū multa cæde dispalatos agūt, multi in fuga capti/sed multo plures cæsi ad viginti milia hoīm desiderata dicunt. Absalō vbi res p̄ditas vidit, regiam mulā ascendens fugam molitus est. Hic diuina potius p̄uidētia q̄ casu accidisse crediderim, vt per compendia sylvarum fugiēs, comantibus capillis auræ impulsu huc & illuc temere disiectis, ramoq̄ paulo emīnētiore tenacius afflictis quadrupede suo impetu longius euecta, tenaci comarum modo sublimis pependerit. Eū ex arbore luctantem gregarius miles intuitus, inopinatum hostis casum Ioabi nunciatur, ad quem perimendū quum is qui nunciatur, neq̄ precio neq̄ imperio cōpelli posset (Sciebat em̄ longe aliter a patre mandatū) dux eo p̄gressus iaculo suspensum trāsfigit. Isq̄ fuit Absalonis exitus, qui dū patrē regio solio deturbatū ad interitum persequitur, tam infœliciter perijt/ q̄ impie tale fuerat facinus adortus. Moabini milites, quos suo cursu dux ad locum cædis traxerat in subiectam foueam Absalonis corpus demisere, tanta vi lapidum superiniecta/vt iusti tumuli ea coaceruatio præbuerit speciei. Chusius Absalonis interitū nūciauit patri, quū de victoriā nō nihil antea resciauisset, quo nūcio perculsus/adeo dolēter se humi afflixit, vt nullo grauiore casu potuerit amplius, nunc pugnis sibi tundens pectora, nūc capillum sibi & barbā vellens, extincti nomē flebiliter inuocat. Deformata certe erat tam speciosæ victoriæ celebritas, nisi Ioabus occurrisset idētidem eum admonens/videret, ne hostem lugendo eos qui infide manserāt ex amicis hostes faceret, cupere milites operā a se fortiter nauatā a rege, pro cuius regno & vitā dimicassent, publice probari/nō hostium interitū lugeri. Quibus si vincere contigisset, nemo inquit eorū qui p̄ te hodie/David steterūt, sup̄uicturus fuisset. Quin illud potius subeat animū, aut te cū tota domo, cū amicis & necessarijs om̄ibus cadere potuisse, aut Absalonē, qui victor hæc om̄ia p̄ scelus fuit crudeliter perditurus. Ambo stare nullo modo potuissetis. Q. si illū in tā nefario incepto tibi superstitē optabas, satis fuisset bello & auxilijs reiectis teipm̄ inermē crudelissimo hosti cū om̄ibus tuis trucidādū obijcere. Hæc ille nō tēpestiue magis q̄ vere locut⁹, a luctu & dolore facile reuocauit. In publicūq̄ p̄gressus David victorē exercitū ad se veniētē multis laudib⁹/mutuaq̄ cōgratulatione excepit. Absalonis morte iter suos vulgata q̄ pugna sup̄fuerūt, metu cōsternati in vrbes q̄sq̄ suas diuersi abierūt. Nec multo post p̄posito regis edicto, q̄ ea res nulli eorū/q̄ Absalonis p̄tes secuti essent foret fraudi, cōcessa insup̄ Amasæ militiæ p̄fectura, p̄ oīm tribuū legatos David in regnū restitutus est. P̄os Iordani est impositus, quo veniētī illi læta multitudo se obuiā effudit. Hic Seimeius qui p̄bro & maledictis Davidē ab initio incessebat, ad eius pedes puolutus veniā impetrauit. Occurrit & memphibus squalore coopertus apud regē falso insimulatus, q̄ res nouas moliturus Hierosolymā Dauide eiecto cōcessisset, verū postea q̄ regem docuit fuisse se in sordibus & luctu, q̄ diu de regno inter patrē esset & filiū disceptatū, dimidiū bonorū quæ David Sybæ, a quo falso fuerat ille defectionis insimulatus/habenda dederat, restitui velle se p̄nūciauit. Ad quā vocē Memphibus, & hoc inquit tibi rex acceptū refero. Sibus totū habeat. Sat em̄ sup̄q̄ mecū præclare actum arbitror, q̄ te patrē & regem in pristinā video dignitatē restitutum.

Nova contra Dauidem seditio. Ioabus Amasan interemit, & Abelmacham urbem tãdiu obsedit/ quoad Sibæ auctoris defectionis caput/ sua su mulieris obrucatum e muris sit proiectum. Caput XV

DEr faustas itaq; voces & fauores populi rex Galgala ingressus/ in nouam incidit seditionem. Reliquis tribubus Iuditas incusantibus/ q; ambìtiose nimis ad Iordanem vsq; regi obuiam processissent, illius fauorem & gratiam in aliorum inuidiam occupaturi. Aduersus hæc passim sibi obiecta Iuditæ ita occurrere, nihil cuiq; mirum videri oportere, si in regem tribulem suum præ cæteris officiosi videri voluissent. Quod officium si prætermisum a se esset/ merito accusandi sint, ponere se in non mediocri gloria, q; hominem sui corporis late regnantem viderent. Hæc magis verè q; tempestiue in vulgus iactata, ingentem irarum æstum exciuerunt. Nam et usq; hanc seditionis causam Sibas quidam Bochari filius Beniaminæ tribus, Ergo inquit Iuditæ Dauid rex est non Israelitarum, prouidendum est inquit ne alij sine rege sint. Vix hæc illi exciderant, quum signo repente dato cæteris sine imperio abeuntibus. Dauid cū hominibus suæ tribus Hierosolymā processit/ sollicitudinis & curarum plenus. Nec multis inde diebus interiectis, priusq; nouæ defectionis vires inualescerent. Amasam ad nouum exercitum contrahendum mittit, & quum id quoq; ferum videretur, Ioabū cum his copijs quæ ad manus erant, ad nouos defectionis motus opprimendos præmittit. Processerat Amasas ad Lucabaonem vicum quadraginta stadia ab vrbe, vbi Ioabus eum ad se venientem ferro incautū traiecit. Nemini dubium fuit id Ioabum facinus perpetrasse, q; veritus esset ne militum præfectura a se in illum Dauidis iussu transferretur. Fuit recens hoc Ioabo parricidium multo maiori inuidiæ/ q; olim fuerat/ quum paræmulatione Abnerem oppressit, nam in illo fraternæ mortis vltio prætenfa est, quod in propinqui & necessarij hominis cæde euenire non potuit. Nec Ioabus secundum eam cædem Lucabaoni defedit, sed confestim in Sibam defectionis auctorem/ cum omnibus copijs profectus, in Abelmacham urbem metu compulit, compulsum vallo & militum corona cingit. Cœperat metus ingens Abelmachitas/ postquam arta premi obsidione cœperunt. Nec in manifesto ciuitatis discrimine liquebat, quid potissimum fieri oporteret, vt se præsentis periculo subtraherent. Hominem publicæ fidei creditum suas sponte proditum nolebant, nec a Ioabo adhuc fuerat ad supplicium requisitus. Tum mulier integra phama/ indoleq; minime vulgari, viam ad salutem inuenit. E muro hæc Ioabum ad colloquiū elicit, quem in proximo stantem ita dicitur affata. Persuasū omnibus arbitror Ioabe vir fortissime, Reges & duces idcirco ab initio Israelitæ habere voluisse, vt publicæ salutis totiusq; gentis incolumitati cōsulerent, omnēq; externæ gentiū iniuriā a suis propulsarent, nō vt in suas tribus populosq; nihil mali meritos ad libitū sauirēt. At nunc (vt video) ad id venimus, vt (si Deo placet) nulla nostra publica priuatave culpa p hostibus habeamur, etem qua per deum veteri aut recenti noxa nos Abelmachitæ meriti sumus/ vt ita hostiliter a vobis oppugnemur: quid misera hæc ciuitas aduersus religionē cōmisit: vt nō solū in bonorū omniū/ sed in vitæ quoq; discriminē veniremus? Liceat saltē dicere, quo nostro facto/ quando ab omni culpa lōge absumus, hoc triste excidium nobis impēdeat, vt (quid in malis aliquod solamē sit) nō desit in quē tãti mali inui-

diam conferre possimus. Ad ea Ioabuis, Sibeiana inquit ceruix totius ciuitatis luet exitum, cum eius morte omni periculo Abelmachitæ defungemini. Illius vitā petimus, ille nefariæ huius defectiōis auctor ad poenas deposcitur. Sit vnus ceteris documēto nihil regū maiestate læsa esse vspiam priuato hominī tutū. Apparuit vno homine sublato, atq; eo pene omnibus ad id tempus ignoto periculū, quod oculis erat omnīū ad motum propulsatū iri, Tum illa Ioabum rogat, tantisper ab oppugnāda vrbe absisteret, quoad referri ad populū de ea re posset. Habere se pro cōperto si ciues edocti sint, in quo vertatur totius rei discrimen, confestim suis rebus consulturos. Tantū illa præcata est, simulq; e muris in publicum aduolat, vbi circūfusa multitudo docuit, vnā omībus ad salutē patere viam si fugitiuū hominē vnū dederent, quē ob ea quæ in regem molitus diceretur, si procul esset studio ad supplicium requiri oporteret. Crede se nullū caput magis execrabile iustiusq; morti deuouēdū, q̃ huius qui potestatem numinis prouidentia pphetæ ministerio sacratam, nō magis temere q̃ impie incesse re esset ausus. Irent, etsi crederent impijs omīa infesta esse diuina & humana, deuotum mortī caput inermes tenenti arma dederēt. Stultum videri ac nefariū, si dū alterius noxam tuare/te periculo obijcias. His impulsa multitudo Sibam continuo obtruncat. Caput eius e muris in hostiū conspectum est proiectū. Quo viso Ioabuis confestim iubet milites vasa colligere, solutaq; obsidione Hierosolymā ad regem reuersus est.

Dira fames in Iudæa humana cæde est expiata, Nouū Philistæi parant bellum, Dauid hymnos edidit, Populum nō Mosaico instituto censet, Pestilentiam ex tribus ppositis optat, Salomoni iam regi inuncto sacrorum & ciuiliū ordinum curam præsentē populo delegauit.

Caput XVI

Isrælitarum regno iterū Dauidi stabilitō/dira fames Iudæā inuasit. Sicca torridaq; animi intemperies omnifariā fruges consumpserat. Res in religionē versa regem impulit, vt sacerdotes & prophetas iusserit aduertere, ne ira numinis ea puenirent. Responsum ab his est/iniuriā quā Saulus rex Gabaonitis cōtra maiore foedus intulisset/luendam esse, nec eam cœli inclementiam prius remissuram q̃ nefarium foedus publice vindicaretur. Gabaonitis ad se accersitis sciscitat⁹ rex est, quid facto opus esset vt sibi ob iniuriā quā ipsi Saulus rex intulisset satisfactum putarent. Tum illi, si ex ei⁹ pgenie qui cladis illius auctor fuisset, septē sibi corpora dederent. Dauidis igit iussu septē ex ea familia dediti sunt, quos illi in ultionē cladis ab auctore gentis acceptæ crudeliter necarūt. Nec ita multo post Philistæi qui neq; bellū neq; pacem ferre poterāt/subito rebellātes, regia in se arma exciuerūt. Ceterum modico negotio victos Dauid persequēdi cupidus, longius in hostes euectus vitæ discrimen adiit. Achimon vel (vt Bibliaci libri habent) Iesbidenobus homo immani statura prægrandem vibrans hastam in regem fecit impetū. Fecissetq; se voti compotē, nisi veniētem Abyfais Ioabi frater intrepide excepisset, exceptum pspero magis q̃ cauto congressu telo confecisset. Dauidis periculo Isralitē cōmoti, decretum tulerunt, ne qui rex esset ad bellum exiret ampli⁹. Philistæi acie fusi & in Gaçam urbem compulsi, de reparando bello noua cōsilia agitabāt. Sed tā pspere q̃ sepe alias isralitis in eā gentē haud multo post bellatū reperio. Soboehiq; in eo bello est vtus in primis illustrata, ob pluresq;

immani magnitudine viros ab eo in acie confectos. Eiusmodi homines ab enormi p-
 ceritate corporis ex Gigātū genere sunt vulgo crediti. Parē laudē pximo bello quod
 haud longo interiecto tēpore est cum ea gente gestū, Ephan regis pncepsarius est cō
 securus, Sāmae Ionathas filius ob prosperā pugnam in Philistaeum sex cubitorū ma-
 gnitudine, senos manibus articulos, totidēq; pedibus habētē, & ipse in prācipua fuit
 deinceps apud regem popularesq; suos gloria. Dauid omībus circa gentibus pacatis
 religiōis studiā complexus/hymnos trimetros edidit, & cum his pentametros versus
 plurimos, qui sabbatis festisq; diebus sacris solēnibus canerent. Verba carminib; cō-
 plexa diserte, quādā in sacris libris leguntur. Adiecit his Decachordem Cytharam &
 Nabla duodecim vocū, Cimbala ad hāc area grandia quidem & lata. Placuit ad hāc
 omnē Israelitay gentē cenferi, Ioabo et scribis negotio dato. Nouem mēsiū spacio res
 acta est, ac prāter Beniaminiā tribū & leuiticā, quas numerari nō contigit, in cātero
 corpore vndecies centū miliavirorū, qui arma ferre poterant/censa dicunt. Quem nu-
 merū vt parum credibilē cunctātius posuissē, nisi Iosephum auctorē cū sacris libris
 haberē. Cāterū quia in agendo censu Mosis institutū fuerat prātermisum, quod nō
 viritū Deo sicut obtulisset populus, expiandū id ppheta proclamabat, magna; cla-
 de populū luendum, quā vel fame publica/vel hostium victoria/aut certe pestilen-
 tia esset adeunda. Dauid pestilentiam ne ipse extra periculi aleam foret/optasse dici-
 tur. Quo factū sit vt paucissimis diei vnus horis septuaginta hoīm milia consumpta
 dicant. Qua suorū perniciē Dauid consternatus saccū induit, ieiunium agens multis
 lachrymis humi sedens/veniā est a deo precatus. Ea; demū impetrata iussus est ora-
 culo in area Ornā lebusei altare cōstituere, ibiq; victimas immolare. Vetus opinio te-
 net hic loci Isaacū olim ab Abraamo patre diuinā arā p hostia admotū. Salomō eo-
 dem loco postea templū erexit, quod vt magnificētissimo erigere apparatu, decē mi-
 lia talenta auri/centū argenti seposita Dauid habuisse dicitur, ferri prāterea/aeris & va-
 forum ad ornatū templi immēsum pōdus, octoginta hoīm milia lapidicinā admotā,
 & ad materiā omnifariā deportandā multitudo nihilo minor. Id opus secūdū religio-
 nem Dauid Salomoni filio, quē sibi successorem, nō solum humano iudicio/sed ora-
 culo etiā destinarat/in primis demandasse dicit. Estq; ille prius rex q; patervita dece-
 deret declaratus. Eteū Dauid iam senio defectus/ac tam mortū ppinquus/vt medico-
 rum monitu ad effcetū viribus corpus calfaciēdum virgūculā complexu noctu foue-
 retur, comperissetq; Adoniā filiū quarto loco natū, coelebrioris cōuiuij specie, cū plā-
 risq; consilia de occupādo regno agitalse, cuius conspiratiōis ne Ioabus quidē esset ex-
 pers, Nathanis pphetā verbis monitus, vt filio pspiceret, quem numinis puidentiā
 sciret regnaturū/impensissimis ad hāc Bersabeae matris precibus cum fletu mixtis per-
 pulsus, Salomonē regia sedentē mula/stationarijsq; militibus septum ad fontē extra
 urbem, per Nathanē ductum ex improviso regem inungi iussit, Inde per urbem circū-
 uectū regem populo salutandū dedit. Qua subita declaratiōe pturbatus Adonias, &
 qui cum eo erant ab incepto destiterūt. Dauid populo ad concionē vocato/quum vis
 mortaliū ingens adesset tribus & viginti milibus hominū a trigesimo ad quinquage-
 simū annum construendi templi curam delegauit. Iudicū & scribarū sex milia consti-
 tuit, par huic numerus additus eorū, qui psalmos & hymnos canerent. Ex Mosis inde

DE SALOMONE REGE HEBRAEORVM REGNI LIII

progenie lecti, qui sacris thesauris praessent. Ex leuitarum numero sacerdotes & sacrorum ministri. Est & exercitus in duodecim partes diuisus, quarum singulae tribus quattuor & viginti armatorum milia habuere, Singulis partibus sui centuriones/suique tribuni ascripti. Statuit Dauid & alia quaedam circa urbem totiusque iudaicae rei statum. Quibus ex sententia confectis principes tribuum/iudices/scribas/& omnes qui in exercitu ductabant ordinem/ad concionem vocat. Vbi ita verba fecisse dicitur.

Oratio Dauidis ad suos de templo extruendo, deque Salomone diuinitus ad successorem electo. Oratioe facta figuratione templi, omnemque aedificij rationem/cum liberalissimis suis & aliorum muneribus filio tradit, & immolatis deo hostijs/nō multo post ex humanis decessit. Caput. XVII

Quae nra sint in religione augenda regnoque administrando consilia/ nefas duxi vos ignorare Israelitae viri, quos haud indignos iudicaui, ut utriusque rei administranda a me potissimum perficeremini. Ceterum quod ad diuina attinet/ merito aliquis mirabitur, quid sit quod in amplissimo extruendi templi apparatu tamdiu fuerim occupatus/ eximij tamen operis huius vel saltim inchoati laudem mecum ferre noluerim. Desinat sane id mirari quisquis sciuerit non meam magis quam numinis voluntatem principijs obstitisse, parabam ego iam antea magnificentissimi templi fundamenta iacere, quum prophetarum voce sum monitus/ velle coeli numen/ sibi in terris augustum templum aedificari/ sed rei auctorem displicere. Quippe qui ob bella multa & varia quae iuuenis gessisset, impuris esset manibus tam pium opus inchoaturus. Filius successor regni, qui nulla esset caede pollutus/ multo melius poneret, quicquid in perpetuo ocio paceque ubique parta esset in Iudaea regnaturus. Cessi ergo diuinam voluntati. Verum quam parum ea laus ad me pertineret, visus sum mihi tamen pie facere, quod omnia ad clarissimum opus conficiendum studio & diligentia comparauim. Et ne omnino parum actum arbitremini, haud vos ignorare volo decem milia auri talenta, decies amplius argenti, praeter aliam omnifariam rerum materiam/ a nobis hoc nomine sepositam. Voluntate igitur & studio opus est, ut quae nos destinauimus, vos quibus id permissum est/ ad exitum perducatis. Sed de templo hactenus, haud enim vereor ne non semper pietas potius quam desidia sit vobis cura futura. Reliquum de quo ad vos verba facturus veni, ipsa est noui regis declaratio. Eni uero licet plures sint nobis virilis stirpis liberi, mirabitur aliquis quid sit quod Salomon mihi praeter ceteris tantarum fuerit opum successor constitutus, quam & alij fortasse nihilominus digni essent, in quibus praclare id decus/ tutoque locari potuisset. Sed vos tam hoc quam ipsam templi aedificationem diuinam voluntati ascribite. Ille summus opifex rerum omnium, qui mira sapientia humana disponit, oraculi voce hunc mihi heredem nominatim dedit & successorem. Cui non parere tam vanum irritumque sit quam impium. Sic Iudas natorum Israelis etsi non maximus natus/ in maxima tamen fuit gloria, omniumque princeps habitus, sic ego fratribus voluntate numinis prelatus. Nec tamen aut illi apud fratres, aut mihi dignitas illa inuidiae fuit, pari pietate quum huius fratres/ tum vos alios Israelitae viri, nouo regi diuinam voluntate ad fastigium regiae dignitatis perducto parere oportebit. Neque in eo etate aut merita aut vires/ sed dei optimi prouidentia intuemini. Nihil enim non rite fit quod deo fit auspice. Fallunt sepe hominum iudicia/ diuina falli non possunt. Quicquid ille voluit euenire, id optimum/ perpetuum/ mansurumque sit necesse est. Superest igitur, ne vana vlla persuasionem regniue cupiditate pacem hanc di-

uina ope nostraq; industria vniuersę genti quęsitā turbari patiamini. Quin ille bene imperando/vos iustis imperijs parendo date operā, vt Israelitę res tantū sanctitate & religione in hoc ocio augeant, quantū bellica virtute gloria & opibus/meo aliorumq; ductu ad hunc diem creuere, Quū hęc ille magno omnium assensu perorasset, commentariū cū figuratiōe templi, omnēq; ædificij rationē Salomoni tradidit, identidē cū horatus, vt oībus ad opus comparatis/ magnitudinē rei diligentia & industria æquaret. Hoc regis studiū alterum priuata pietatis est secutū. Multi sua spē multa ad id opus munera obtulere, Auri tria milia talenta, ferriq; & aris multo plura, stateres decē milia, preciosi ad hęc lapides in eundē vsum oblati. Laudata est a rege priuata suorū munificentia, omniaq; eius iussu diligēter cōscripta & asseruata. Iussus ibi vniuersus cœtus ob ea quę ad id tempus suo ductu foeliciter euenerāt/ humi pstratus vocem ad cœlum tollere, Deoq; optimo maximo suppliciter gratulari. Postridie mille vitulos immolauit/mille arietes/mille agnos, estq; populus eo die hilare epulatus. Salomon iterum inunctus, solioq; paterno collocatus, pro rege cœpit omnia administrare. Dauid ipse iam grandis natu haud multo postq; hęc gesta sunt/ex humanis decessit. Pietatis & iusticię cultu filio identidē cōmēdato mādasse tradit, vt ex Ioabo quum posset ob duplex parricidiū pœnas exigeret, quod scelus iccirco se rege impune tulisset, quia ob nimias opes quas ille prospera sibi militia firmauerat, tuto ad supplicium reposcere nequiuisset. Miretur aliquis q; & Semei, a quo verbis nouitate suorū temporū fuerat lacessitus, vltionē quoq; delegasset, cui circa Iordanē suppliciter satisfaciēti ignouisset. Cæterum videri potest pręfagiū potius id fuisse eorū quę euētura erant. Perijt anno vitę septuagesimo, quum interim annos quadraginta regnum tenuisset, quorū septem in Hebrone regnauit, reliquum tempus Hierosolymis egit. Salomō filius defunctū magnificētissimo extulit funere. Fuit hic annus quo Dauid vitā decessit quartus & sexagesimus supra centesimū ac quater millesimū ab orbe cōdito, pręcessit idē humanę salutis exordiū annos mille & trigintaquinq;.

Salomon regnum a iusta vltione auspicatur, & sapientię dono illustratus/inter mulieres duas sapientissime iudicauit, pertractatisq; ab eo omībus philosophię partibus/multa litterarum monumenta edidit, Eleazar dæmonē eiecit.

Caput XVIII

Res Palęstinas Salomon post patris interitū a iusta vltione administrare exorsus/Adoniam primo (qui viuo adhuc patre de occupando regno cogitauerat) interfecit/Baiana regij pręsidij pręfecto in eum immisso. Inde & Ioabum duplicis parricidij reum, ad aram quo se contulerat/obtruncari iussit, Ablatharo sacerdoti, q; cū Adonia cōspirarat obvet⁹ (credo) meritū veniā dedit. Is in Absalonia defectiōe in Dauidicis p̄tibus fuerat, verū ne recēs noxa inulta esset, sacerdotio priuatū ppetuo exilio relegauit. Sadocho in eius locū subrogato, Semeiū ea conditiōe Hierosolymis esse iussit, vt Torrentē Cedron non transcenderet. Qui triennio post quū in Gethum iniussu regis pficisci ausus esset/capitali est supplicio affectus. Pius alioqui fuit Salomon clamētiaq; haud vulgaris. Ab his igit actionibus ad religionē conuersus, vrbe pręsidio cōmunita/in Hebronē pfectus/mille oues ad aram, quę ibi fuit/imolat, nocte deinceps quę pxime secuta est/per quietē p̄sentia numinis moneri sibi visus est,

*Obijt Dauid
Salomō p̄
redit*

*Dauidis obitus. Sc.
dit XL. annis.*

DE SALOMONE REGE HEBRAEORVM REGNI LIII

vt a se peteret, quæ in humanis maxime optata arbitraret. Ferunt rectam mentem sanumque in decernendo iudicium a deo precatum. Quod non modo se impetrare sibi visus sit, sed affluentissimas etiam opes insuper promissas, perpetuumque humanarum rerum successum. Quibus ille somno excussus manifesto sapientiae praefagio/numen in primis venerat. Hierosolymam reuersus, paucis diebus adeptæ nuper sapientiae populo experientiam dedit. Venisse ad eum dicuntur mulieres duæ pari ignobilitate/sed prolis foelicitate dispari. Nam quum in eodem domicilio agerent, essetque utraque eodem tempore mare enixa, ita forte accidit vt altera altius somno degrauiata, hærentem vberibus filium somnolento extinxerit incubitu. Metu igitur supplicij, an alendi cupiditate incertum, alteri quod satis constat quam in proximo cubantem dormire senserat, furto filium adimit, extinctum quiescentis lateri leniter acclinat. Vbi vero dies illuxit/deprehensa fraude vociferari hæc filiumque sibi furto sublatum arguere. Constaret illa factum negare/ac vna conuictum illi facere, quod impudens foemina puero negligenter necato aliena clade vellet orbitare, in quam sua socordia incidisset/euitare. Mutuo igitur se conuictio incessentes, magnaque vociferatione ad regis tribunal constitutæ, posteaque utraque satis constanter causam dixit, essetque ob id iudicium coniectura anceps, stabat circumfusa multitudo in praesentis iudicij euentum/suspensis animis erecta. Tum rex ex speculatoribus vni mandat, vt puerum in duas dissecet partes/utraque dimidium habitura. Visum est hoc iudicium tum primum præceptis & temerariis, elicitumque tacitum risum populo. Verum reclamante illa cui infans fuerat subtractus, malle se viuum puerum alteri addici/quam sibi dimidiatum reddi, neque interim quæ puerum furto subtraxerat matri, decretum nutu aut voce detraxeret, censuit rex huic infantem restitui, quam manifesto charitatis argumeto matrem iudicauit/quod infantem viuere maluisset/quam in alterius inuidiam peremptum iri. Vertit id iudicium populum in stuporem, magnaque ex eo sapientia phama regi conciliata est. Nec res iudiciaria tantum coelestem illius mentem ostendere, sed omnes philosophiae partes ab eodem copiose pertractata. Enimuero gentilia cantica quinque milibus carminum est complexus. Similitudines quas graeco verbo parabolas vocant/miro sententiarum pondere conscripsit. Disseruit ad hæc de herbis/plantis/arboribus/de volucribus/piscibus & animantibus, quæ terram incolunt. Nihil pene fuit in toto opere naturæ, de quo non diserte & accurate, quum opus esset disputaret. Comentus est & rationem vagorum demonum carminibus quibusdam cogendorum, Iosephus auctor est vidisse se Eleazar quendam Hebraicæ gentis hominem/ad eius scientia experientiam dandam Vespasiano & filiis praesentibus/frequentique militum corona/corpora quaedam daemonibus infesta/immundis spiritibus eiectionis liberasse. Subijcit, quia res maior visa est/quam vt temere credi posset/& curationis rationem. Admotus est (inquit) naribus eius qui malo genio vehebatur, annulus inclusam habens sub gemma radicem ab ipso rege in hunc usum demonstratam. Cuius odore offensus ille confestim inde exclusus est. Adhibuit praeterea carmen ne infestum nuper corpus ab eo repeteret. Quæ res vt notior videntibus foret, calicem aquæ appositum ab erumpente spiritu Eleazarus subuertit iussit. Quum ille præcepta fecisset/secuta sit incredibilis admiratio/fidesque arti maior habita.

Salomonis opes amplissima, Hierosolymitani templi edificatio, eiusque forma & apparatus omnino varius.

Caput

XIX

Nillus vnq̃ in Iudæa tam longe lateq̃ q̃ is impauit. Ab Euphrate in Syrium mare & Aegyptiū p̃moti sunt regni fines. Quæ res facit, vt magis credibilia videant̃ quæ de eius equorū & curruum numero sunt memoriæ prodita, habuisse eum, nisi forte in numero sit erratū, bījugū equorū præsepia quadraginta milia expeditorū ad pugnam duodecim milia. Eo vsq̃ ad id temp⁹ Hebraici regni opes creuerant. Erāt circa Hierosolymā oīa pacata, lateq̃ (vt dixi) Palæstina res pollebat, quū Salomon mādatorū patris haud imemor/templū ab illo destinatū fundare constituit. Ad quod opus celerius expediendū, lignorū materiā in libano monte mature cadēdā curauit, Nec tam operarij deerant, q̃ lignariæ fabricæ periti, qui ne longius quærendi essent, Hyras Sydoniorū rex per litteras a Salomone requisitus/optimos artifices præstitit. Cui q̃diu opus tenuit, ex Iudæa quotānis Choros tritici viginti milia dono misit Salomon, totidēq̃ Batorū olei. Erat ea mensura duū & septuaginta sextariorū capax triginta hominū milia cupressis cedrisq̃ cadēdis affabreq̃ dolādīs sunt a rege in libanum destinata, Ita multitudīne diuisa, vt per vices operarent̃, vt quarto quoq̃ mense in orbem ad opus reuocarent̃. Erat & alius maior numerus lapicidarū octoginta milia Nec multo pauciores his excisos exectosq̃ lapides & aliam omnifariā materiā contrahabant. Templū ipsū quarto ex quo Salomon anno regnare cœpit est inchoatū Fuit is ab eo quo populus ex Aegypto egressus est/ quingētesimussēcūdus, a diluuiō quadringētesimus supra millesimū, a mundi creatione centesimussēcūdus ac ter millesimus. Latitudo templi vicensium cubitum fuisse traditur. Sexagenū longitudo. Altitudo fornica distincta centenū ac vicensū. Inferioris structuræ materiā ex candenti saxo. Vestibuli longitudo parī mensura cum fastigio templi. Amplitudo denum cubitorum. Cellæ vicensi huic moli circūiectæ peruio inter se vsu/ & i his aliæ superimpōtæ. Tectorum fere materiā ex cedro, Cedrinæ trabes, Cedrina cōcameratio/auoq̃ illita. Parietes interiori parte eadē materiā & auro textit. Perstringere fulgur vndiq̃ occurrens intuentiū oculos. Est cedrus (quando de ea sæpius vno loco est dicendum) arbor Phœniciæ familiaris, sed quæ minor dicitur. Est & altera maior, quæ & ipsa i duo distinguitur genera, quæ floret infelix est, fructifera nunq̃ se vestit floribus. Durum & acutum folium/ & fructus myrti magnitudīe. Ex ipsa arbore resina fluit laudatissima, inestq̃ materiæ æternitas, atq̃ ea de causa deorū simulacra inde factitari solita. Cedrinus fuit Appollo ille sosianus ex Seleucia adductus. Est & alia templi diuisio secuta, vt sanctior locus a reliquo tēpli corpore muro distinguere. Ibi ianua ex cedro varie sculpta/ & vela p̃tensa/purpura/cocco/byssō/mollissima florum variatione intexta. Duo cherubica formæ/alati genij intus ex purp̃ auro, quinū cubitum altitudo, alis ita occurrentibus, vt quū vterq̃ ab altero aliquot cubita distaret/pene contigui viderentur, earūq̃ obiectu arcam fœderis obtegeret. Pavimentū petalis aureis instratum, Ianua vicensū cubitū altitudīne/ & ipsa auro coruscantes. Et vt rem totā in arcū conferam, nihil intus fuit/nihil extra, quod nō puro auro fulgeret. Statuit & colūnas duas æneas ante vestibulū duodeuicensū cubitū celsitudīe/ambituq̃ duodenū. Epistilia fusilia inq̃ liliorū speciem figurata, Hyras Tyrius Iudæo tamen patre ortus cōflauit. Fudit & vas æneū tantæ magnitudinis, vt ab resit mare nominatū. Diametri longitudo denum cubitorū, Latus fusile digitorū quattuor, opus hemispherij speciem imi-

tatu, denis explicabat coronis, circūstabant craterē vituli duodecim/ quattuor diuer/
 fas mundi plagas terni singulas prospectantes, eo statu a cratere auersi, vt in extremis
 clunibus tota moles recūberet. Fuit æneum illud triū milium batorū capax. Quæ bati
 fuerit mensura, loco haud multū diuerso est significatū. Additi & canthari decem pari
 opere & materia, quorum bases quattuor erant columnis impositæ, animalia varie fi
 gurata p basibus fuere. Deni ad hæc canthari/singuli quadragenis tenebant choris,
 quaternū cubitum altitudine, quinos dextera templi parte ad meridiē suis statuere ba
 sibus. Leuum latus quod septentrionē spectat/totidem habuit cantharos/ paribus in
 ter se spacijs digestos. Nec species in his solum quesita est/ sed vsus quoq, vt sacer
 dotibus templum subituris lauacrum exhiberent. Canthari aquam ad abluenda ho
 stiarum intranea funderent, Fuit & altare æreum denū pedum altitudine/ longitudi
 ne duplo maiore. Multum ad hæc mensarum/ & in his vna aurea/phialæ & pateræ au
 reæ decem milia. Argenteæ quadruplo maiore numero. Cadelabra decē milia/ & Tu
 ribulorū vis ingens, atq; hæc ex auro argentove fabrefacta, atq; vno tēpore dedicata,
 sacerdotū stolæ ex abyssō textæ, & conæ purpureæ incredibili numero. Leuiticæ Sto
 læ/ Tubæ & Nabla ad hymnorū cantum, ex electro tam copiose relata, vt numerum
 diserte ponere sit ruborī. Circa tēplū in pphano aula cū multiplici porticu cōstructa,
 qua populus consisteret, quū sacrorū causa frequentissimus adesset. Septem annorum
 spacio spe omniū celerius est opus ad exitū perductum.

Salomon conditum templū precibus & holocaustis rite dedicauit,
 Condidit & domū sibi regiā & alias vrbes. Quid significet nomen
 Pharaonis. Salomon Cananaeos Libani domuit. Indicumq; insti
 tuit commercium.

Caput XX

Eodem arca fœderis continuo est illata, atq; inter duos genios (vt abunde est
 supra demonstratū) locata. Ferunt miraculo datū, q nebula leuiter effusa pro
 spectū omniū quæ in templo erant/subito pripuerit, vt vix in pximo stantes
 alius alium intuerentur. Multi persuasum habuerunt cœli nmuen præsens volensq;
 solenni dedicationi affuisse. Salomō ante soliū stans/in hunc modū præfatus dicitur,
 Tuū est inquit cœlū supreme deus, tua est Terra/Aqua/Aer/Ignis, & omnia quæ cœ
 li circūflexu tegunt, scimus equidem/libenterq; fatemur/ vniuersum hoc tuæ maiesta
 tis esse domiciliū, quæ etsi tanta sit, quæ neq; his neq; vllis capiatur finibus, hoc tamē
 templū breuioribus spacijs circūscriptū, quod tuo nomini erigendū curauī, tibi pie
 pureq; perpetuū dedico, vbi tuus populus/ ministri tui, preces tibi & vota persoluāt,
 tuūq; numen rite propiciēt. Tu pater & rex omniū maxime præsens quæso adsis, vo
 lensq; piū hoc munus rite secundes, qui etsi ubiq; sis, hunc tamē orationis locū sepius
 inuisas oro, atq; præsentius inhabites, velisq; curā hanc & cultū religiōis tuo populo
 incorruptū manere, regni opes & iura augeri, & si præsentī pietate aliquid meremur,
 Da nūc cunctis pater clāmentissime, da posteris mentē, vt pie tibi riteq; seruire cupi
 ant. Scio ego/ nec fallor tādū tuū numen nostris rebus affuturū, q̄ pietas hæc gentis,
 vetusq; religionis ritus publica priuataq; cura māserit immotus. Quum ille hæc dixis
 set, prostratus in faciē numen veneratus est, inde in pedes erectus/ plures hostias mul
 ta veneratione obtulit. Tum quoq; multorum oculis mira species circa arā est oblata.

Salomon orone
 tēplū dedicat
 dno

Offert Salomon.

*Regia Salomon sibi
edificavit.*

*Quas urbes Salomō
condidit.*

*Pharaonis nūc dicti
Aegyptiorū regis*

Flamma coelo leuiter dilapsa totum lambenti similis pererrauit holocaustum, quo vi-
su populus commotus/præsens numen adesse ratus/in terram adorās procubuit. Per-
acto deinde sacro epulata est vniuersa gens circa templū, celebrataq; ibi loci quattuor
decim dies Schoenophagia, quæ stata gentis sacra in eos forte dies inciderant. Secūdu
templi dedicationē erexit Salomon sibi & suis regiam sumptu & apparatu incredibi-
li, quam candenti faxo ab imis partibus eductam triplici intus materia, cedro/argen-
to & auro excoluit. Id opus tredecim annorum spacio absoluit. In hoc quoq; opere cō-
ficiundo vehemēter Hyræ regis est liberalitate adiutus. Nec cedro tm̄, sed auro quoq;
& argento ad hoc ipsum Hierosolymā misso. Qua amici regis munificētia Salomon
prouocatus, præter largam tritici olei & vini annonā, quā Sydonijs ex suo regno me-
dio temporis spacio transmisit, viginti Galileæ terræ vrbes Hyræ dono obtulit Tyro
finitimas. Quibus ob sterilem situm repudiatis ab re postea terræ ipsi nomen datū, vt
Gabalon sit dicta, quod sit Phœnicum lingua displicere. Auctores fuerūt mutua hu-
ius amicitia Menander in Sidoniorum vetustate, & Dion in historijs. Addidit Salo-
mon & tures Hierosolymorum mœnibus per interualla. Condidit & vrbes aliquot
præclaras, Aſotum/Magedonem & Zaſarum, a Pharaone postea Aegyptiorum re-
ge, cuius filiam vxorem duxit in Palæstina finibus excisam, quam dotis nomine re-
ceptam ob bellorum opportunitatem restituit/valideq; cōmuniuit. Pharaones Iose-
phus idcirco dictos arbitrat, quia vox hæc apud Aegyptios regem significet, idq; in
causa fuisse existimat/q; Herodotus Aegyptiacæ vetustatis scriptor diligentissimus
post Menē, qui Memphim condidit, trecentos triginta reges in Aegypto longa serie
regnasse dixerit, proprijs interim nominibus suppressis, velut absurdum ratus vnum
nomen perpetuo referre. Caterum Nicaulæ nomen post tam longum interuallum
ab eo repetitum, quoniam mulier virilis appellationis vocē indipisci nequiuert, Pha-
raonis autem appellationem in eo qui Salomonis fuit focer/defuisse idem opinatus est
Nos quam de origine nominis sentētiā haberemus/alio testati sumus loco, sed con-
iectura fuit illa non ratio. Statuit Salomon & alias vrbes magis locorum amœnitatē
q̄ vsum secutus, & in his vnam in superioris Syriæ solitudinibus loco puteis & fon-
tibus irriguo, ipse Thadamurū dixit, Græci scriptores postea Palmiram nominarunt
Secundū hæc Salomon Cananæos libani montis incolas, qui ad id tempus nō parue-
rant, bello adortus ad Amathū vsq; urbē armis domuit, subactosq; seruitio adegit, vt
ex ea gēte nec aliūde longo tēpore mancipia sint in Iudæam accersita. Nouissime in
Eriethrei sinus ora locū quē Gaberum dixere haud procul ab Hellena vrbe, quæ Be-
ronicæ est postea dicta/classē construxit, naualis fabricæ opificibus ex Tyro accersi-
tis. Comparandarum nauium causa illi fuit, vt ad Indicum mare penetrarēt negocia-
tores a se cum suis dispensatoribus ad cōmendas gemmas & aurum missi, quadringē-
ta & amplius auri talenta prima nauigatione, quæ quattuor fuit annorum/in Iudæam
sunt relata.

Sabæ Aethiopum reginæ in Hierosolymam aduentus, Salomo-
nis opes/vxores/pellices/& præuaricatio. Item a regno defectiōis
Achiz oraculum de scindendo regno, Regis interitus.

Caput

XXI

DE SALOMONE REGE REGNI HEBRAEORVM LVI

N Viusmodi navigationis commercio Salomonis phama ad Sabam Aethiopiae reginam foeminam studijs sapientiae deditam delata, incensa mulier videndi regis cupiditate, cuius laudes constati omnium praedicatione celebrarentur, cum amplissimis muneribus magnoque comitatu Hierosolymam venit. Excepit venientem Salomon regali apparatu. Inde plures dies mutuo congressu multas & varias quaestiones sciscitandi gratia regi proponere perseveravit. Sed quales illae fuerint auctores quos sequimur non tradunt. Satis constat ad omnia sapientissime occursum, stupentemque reginam Salomonis fortunam laudasse, quod non solum adeorum fastigium/ quae caeteri mortales mirentur/peruenisset, sed eam quoque sapientiam, cuius ne hominis quidem mens sit capax, esset unus omnium consecutus, obtulit inde Saba auri & aromatum vim ingentem regi, & cum his immensi precij gemmas. Iosephus auctor est pluresque veterum persuasum habuisse Balsami arboris surculum ab eadem regina tum primum in Syriam delatum/quod pro falso refellitur, si Plinius vetus est auctor, vni omnium terrarum Iudaeae balsamum concessum. Urbem deinceps regina per ocium contemplata est, praecipueque templum, attentissimumque sacrorum cultum demirata. Abvenientem Salomon multis & amplis muneribus ornatam dimisit. Nisi sacri libri & Iosephus haec traderet, vix mihi persuaderi potuisset, ut Sabam ex Aethiopia potius quam ex Arabia profectam existimarem, quum ob id quod ex Erithreo sinu in Indiam navigantibus/foelicis Arabiae latus potissimum eremigatur, Tum quod reginae nomen in ea videri potest terra quaesitum, in qua Saba urbs est & Sabaei populi. Ex indico igitur commercio praeter aurum, Elephanti/Simiae/Pau in Syriam sunt delati, & quod omnium charissimum regi fuit/pineum lignum diversa omnino facie ab eo, quod nostrum gignit coelum, nitore insigni/candidoque colore, ex qua materia Citharae sunt, & Nabla ad sacrorum usum fabrefacta, eadem navigatio in causa fuit, ut breui Salomon sit auri ditissimus factus. Quo quum iam abunde potiretur, ducentas aureas hastas/ & trecenta ex eadem materia scuta confecit. Quibus eam regiae domus partem exornavit, quam sylvam Lybani a materiae apparatu nominarat. Multi quidem reges phama & splendore nominis eius impulsimulta per legatos munera Hierosolymam misere, Quo factum/ut divitijs supra modum affluentibus (ut est humana mens in prosperis minus sui compos quam in adversis) primo religionis negligentia illi orta est, mox & contemptus quem peregrinarum coniugum/concubinarumque assidua consuetudo peperit. Phama est magnorum regum illustriumque virorum filias septingentas numero sibi matrimonio iunxisse, nec propterea minore libidine in pellicatu haesit, trecentae in tam celebri connubio illi concubinae fuisse traduntur, atque ita muliebres illecebrae eius animam ab ea pietate quam a patre haereditariam acceperat/alienarunt, ut ne externos quidem deos, dum nimis istis quarum amore tenebatur indulgeret/colere recusataverit. His ille favore numinis destitutus, per prophetam factus est certior, fore ut brevi perpetuus ille foelicitatis cursus interpollaretur, turbatoque gentis statu reliquum vitae in cura & sollicitudine transigeret, filioque ubi ipse vita decessisset/imperium maiore ex parte abrogaretur. His vocibus ille admonitus consciusque sibi eorum quae contra leges & religionem egisset (nam in eo quoque haud mediocriter fuerat gentile institutum offensum, quod peregrinarum gentium sectatus esset nuptias) vehementer exterritus

Saba Aethiopiae regina ad Salomonem peruenit.

vetus.

Salomon affluentia divitijs a deo, legione abstractus, sed accedunt libi, dno in mites.

tus, haud multo post nouis sollicitari cœpit defectionibus. Adatus primus motus auctor fuit. Erat is regia stirpe natus, & ex Idumæa profugus, quum Ioabus eam terram Dauidis auspicijs deuastauit. Is in Aegyptum ad Pharaonem delatus promptitudine animi, cæterisque virtutibus illi insinuatus/nobilissimam foeminam duxerat uxorem, cuius soror Pharaoni nupserat. Is Dauidis & Ioabi morte nunciata, nouadarum rerum cupidus/commeatum a rege petijt, sed diu non impetrauit. Nouissime dimissus quum in Palestinam venisset, omniaque regis praesidijs sibi ad res novas obsepta cerneret, praesenti consilio destitutus/in Syriam transijt. Hic cum Rhaa quodam Adraçari, qui in Sophene regnabat, fugitiuo iunctus/latronumque manu septus, Syriae fines hostiliter ingressus breui eius terrae regnum armis obtinuit. Vnde per occasionem Iudæae fines irrumpens Salomoni adhuc in humanis agendi haud modicam regni partem infestam reddidit. Sed maior omnino motus a domestica defectione ortus, Hieroboas Nabathi filius, prophetae oraculo fretus/plures tribus sollicitare est ausus/ad regnum Salomoni abrogandum. Is a patre puer relictus/ob egregiam indolem/indulgeter apud Salomonem primo habitus/mox murorum structurae est praefectus. In quo munere obeundo quum haud modicam industriae experiëntiam edidisset (qualis enim quisque sit/magnarum rerum administratione demonstrat) Salomon virtutem in homine complexus, praefecturam amplissimam in tribum vnam ei decreuerat, cui ad capeffandum honorem egresso. Achias propheta ex Sylone venienti occurrit, eumque post mutuam salutationem ex publico iherosolymitanum abductum huiusmodi schemate in spem regni maximam erexit. Scidit ille sibi pallium in duodecim partes, inde data Hieroboas optioe, vt ex eo numero decem quas vellet eligeret, futurum denunciat, quia Salomon grauiter deliquisset, vt breui eius regnum non aliter quam pallium illud plurifariam scinderetur, quarum duae duntaxat eius filio relinqueretur ob eximiam Dauidis pietatem. Cæterarum imperium ei numinis prouidentia cessurum. His ferox iuuenis fretus, quum primum ad exercitum venit, res nouas haud obscure moliri cœpit, conatus eo multitudinem impellere, vt imperio Salomoni abrogato in se rei summam transferrent. Sed fatale tempus nondum aderat. Noua hæc consilia ad regem delata, ingentem ei curam iniecerunt auctoris tentate defectionis opprimendi. Hieroboas haud ignarus se in Iudæa tutum esse non posse amplius, in Aegyptum ad Sesachum regem transfugit, nec longo deinde tempore interiecto Salomon vita decessit, quum iam nonagenarius esset quadragesimo sui regni anno.

Salomon obiit. Imp.
xii. m. c. xl.
viii.

LIBER QVARTVS HISTORIAE HEBRAEO
RVM, DE REGIBVS REGNORVM IVDÆ ET
ISRAEL, DEQVE CAPTIVITATE BA.
BYLONICA

Conuocatis Israelitis ad noui regis nominationem/postularunt aliquid prioris seruitutis remitti, ad quod quum Roboas superbe ex consilio iuuenum respondisset/regnum Hebraeorum in duo est scissum.

Caput I